



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14



448

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
G.R. NADA	
Estantería	A 15
Número	448



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

Libro 76.



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Fecha:	A
Estante:	15
Número:	448

B-5854

THEOLOGI-

CARVM DE INDIS

Q V A E S T I O N V M ,

Enchiridion primum.

Del Collegio della Compagnia de Jesus de Granada B.B.

¶ Auctore Licentiato Ferdinandu
Zurita, apud Occiden
tales Indos Euangelij
Prædicatore,

¶ Ad Illustriſſ. & Reuerendiss. Do-
minum, D. Gomecium Zapata, Epis-
copum Conchenſem, Catholicæ Ma-
iestatis consiliarium, &c.

Sub correſtione Sanctæ Ecclesiæ Romanæ.

M A D R I T I .

Apud Querinum Gerardum.

Anno. 1586.

APPROBATIO.

Vidimus ac perlegimus libellum, qui inscribitur, Enchiridion Theologorum de Indis questionum, à perdocto Licentiato Ferdinando Zurita editum. Qui, non solum sanam doctrinam continet, ut potè è media Theologia erutam, verum utile omnibus, illisque præcipue, qui in illis partibus Indianorum versantur. Anno Domini, Millesimo quingentesimo, octauagésimo sexto, die vigesima sexta Iunij.

Frater Antonius Episcopus
Verapacis.

LICENCIA.

DON PHILIPPE por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de los dos Sicilias, de Ierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y tierra firme del mar Oceano: Archiduque de Austria, Duque de Borgonia, de Brauante, y Milan, Conde de Abspurg, de Flandes y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el Licenciado Hernando de Zurita, Vezeno de la Ciudad de Huete, nos ha sido fecha relaciõ, diciendo, que vos auiaades compuesto vn libro, que se intitulaua, Theologicarū de Indis quæstionum Enchiridion primum, de que haziades presentacion, suplicando nos, os mandassemos dar licencia y facultad para lo poder imprimir, y pri-

y privilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por vuestra parte se fizieron las diligencias, que la pragmatica por nos fecha sobre la impresiõ de los libros, dispone, fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta, para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente vos damos licencia y facultad, para que podays imprimir el dicho libro, que de suyo se haze mencion, por el original, que en el nuestro Consejo se vio, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin del de Miguel de Ondarça Zauala, nuestro Escriuano de camara, de los que en el nuestro Consejo residen. Y con que antes que se yenda, le traygays al nuestro Consejo, juntamente con el dicho original, para que se corrija cõ el, y se os tasfe el precio, que por cada volumen huiieredes de hauer. So pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica, y leyes de nuestros Reynos. De lo qual mandamos dar y dimos

esta nuestra carta, sellada con nuestro
sello y librada por los del nuestro Cō-
sejo. Dada en la villa de Madrid, a
veynte y tres dias del mes de Iulio,
de mil y quinientos y ochenta y seys
años.

El Conde de Barjas. El Licēiado
Iuan Thomas. El Licenciado Guar-
diola. El Licēiado Nuñez de Boor-
ques. El Licenciado Tejada. El li-
cenciado Iuan Gomez. El Licencia-
do Laguna.

Yo Miguel de Ondárça Zauala,
Escriuano de Camara de su Mage-
stad, la fize escreuir por su mandado,
con acuerdo de los del su Consejo.

ILLVSTRISS. ET
Reuerendiss. Domino, D. Gome-
cio Zapata, Episcopo Conchensi,
Catholicae Maicstatis Consiliario,
Domino et patrōno suo colen-
dissimo, aeternam felici-
citatem.



VE M A D M O
dū præclaro quo
dam, & admirabi-
li, Christianæ
virtutis exemplo, ad Apo-
stolorum imitationem tui
Episcopatus administrandi
rationes instituis, tuamque
vitam componis: sic etiā in
illo Apostolos imitaris, quod

Epistola

non solum tuæ dioecesis cu-
ram geris, sed detotius etiā
Catholicæ Ecclesiæ salute,
augmento, & amplificatio-
ne cogitans, omnes gētcs ad
verā fidem cōuerti, vehemē-
ter exoptas. Nam, cūm tuus
iste verè nobilis, verèque ge-
nerofus animus, eò magis
sit Deo coniunctus & vni-
tus, quò magis est à corporis
delicijs alienus, atque à diui-
tiarū fastu, terrestriūque re-
rū cupiditate abstractus &
remotus: ita fit, vt charitate
incensus, nō hos, aut illos ho-
mines solū, sed oēsyniuersē,

siue

Nuncupatoria.

siue Hispani sint, siue Indi,
siue politici, siue barbari, siue
Christiani, siue infideles, cu-
ra, cōpassione, orādiqùe pro
ipfis & subueniendi studio
cōpleteatur. Quare, nō ego
rem ineptā fecisse videbor,
si tibi, Hispano Episcopo, li-
brum ad Indos pertinentē
obtulero, tuāquè is opē ex-
petiuero, qui, cūm Occiden-
talibus Indis, aliquot annos
euangelizauerim, & Theo-
logicis quæstionibus, quæ
mihi, aut cōfessiones audiē-
ti, aut prædicati occurrebāt,
probatisimorū auctorū do-

a 5 Etri

Epistola

nam sequutus responderim
& satisfecerim: nunc libris
scribendis, hæc ipsa duo of-
ficia, publicæ vtilitatis causa
exhibere cupio. Sed, quoniā
opuscula, quæ Indico ser-
mone scribere cœpi, pro-
pter quasdā peregrinæ lin-
guæ typis excudendæ diffi-
cultates, nunc quidē edere
non possum: ne dū eius edi-
tionis, quæ est in primis ne-
cessaria, opportunitatē expe-
cto, otiosus degere videar:
primā de Indieis quæstioni-
bus disputationē, quam pro-
pter breuitatē, Enchiridion
nomino

Nuncupatoria.

nomino, sub tui nominis
amplissimi protectione in
lucem proferā, cætera etiā
prolaturus, si hæc nō ingra-
ta, neque inutilia fuisse intel-
lexero. Quām verò sit huius
modi institutū, post tā mul-
tos etiam sapientissimorū li-
bros, non contemnendum,
is facile intelliget, qui in no-
uo illo Indorū orbe, vt noui
& inauditi hominum mo-
res inuenti sunt: ita necces-
se fuisse considerauerit, no-
uas aliquas & inusitatas con-
scientiæ difficultates exi-
stere, intactasquè & recon-
ditas

Epistola.

ditas quæfiones oriri & ex-
citari. Quarum resolutio &
explicatio, tametsi, nō ex no-
uis fictionibus, sed ex anti-
quis & constitutis Theolo-
gorū principijs petenda sit:
^{2.2.q.44} notis tamen ignota, & vete-
^{a.2.&q.} ribus noua conferre, distin-
^{171.a.4.} guere, colligere, accommo-
dare, nō ita facile est, vt sine
doctrina & ingenio perfici
possit. Ad eorū igitur utilita-
tem, qui sine integra Theo-
logiæ cognitione Indis euā-
gelizāt, hæc scribenda susce-
pi: per breues assertiones di-
stincta, quò faciliùs percipi
pos-

Nuncupatoria.

possent: rationibus deinde
confirmata, ne temerè cōfi-
cta viderentur: eo itē collo-
cationis artificio disposita,
vt gratavarietate fastidiū tol-
lerent, occurrentiumquè
apud Indos interrogationū
diuersitatē, ipsa dispositio-
ne repræsentarēt. Obiectio-
nes autem, & pluriū aucto-
rū allegationes, propterea
adhibere nolui, nō quòd eas
scholasticarū disputationū
partes cōtemnérē, sed quòd
huius operis breuitati & per-
spicuitati non ita cōmodas,
iudicarem. Ne verò testimo-
niorum

Epistola

niōrum ōpe hic liber desti-
tuus , aut parūm munitus
appareat : proptereā , cūm
Sanctum Thomam Aqui-
natem in sua exactissima
Summa , aut docentem ex
pressē , aut consonū aliquid
afferentē , aut luce aliqua il-
lustrantē , frequēter ad mar-
ginem allegauerim : tum ve-
rō , tametsi plures eiusdem
citationes , netædio quen-
quam afficerem , præter-
misserim : possum tamen il-
lad probabiliter affirma-
re , non multas demonstra-
tiones in hoc opere inueni-
ri ,

Nuncupatoria.

ri ; quæ ex Thomistica pro-
batissima doctrina , & notis
simis principijs deducuntur
sint . Quò etiam gratius , hoc
opusculum tibi fore spero ,
Præful amplissime : qui , cūm
solidas literas cum solidis vir-
tutibus coniunxeris , An-
glici Doctoris Theologia ,
qua nulla sanior , neque soli-
dior est , maximè delecta-
ris . Tuæ igitur sapientiae
erit , resolutiones à Theolo-
gorū Principe petitas non
spernere : tuæ humanitatis ,
munuscūlum supplici ani-
motib i dedicatū , idque à tui
gregis

Epistola Nuncupatoria.

gregis filiolo benignè suscipere: tuæ denique charitatis, ea studia fouere & adiuuare, quæ ad Christianam religionem propagandam Deumquè piè & sanctè collendum referuntur. Iesu Christus I. D. T. multos annos Sanctæ Ecclesiæ seruet in columem, augeatque spiritualibus donis, & temporalibus ornamentis.

I. D. T.

Seruus obsequentiissimus,

*Licentiatus Ferdinandus
Zurita.*

THEOLOGI CARVM DE
INDIS QVÆSTIO-
num Enchiridion primum.

QVÆSTIO. I.

*N*infidelis Indorum populus, prudentioribus suæ Republicæ viris, banc de liberationem committere possit, suscipienda ne sit Christiana religio.

PROPOSITIO I.

Qui euidentibus credibilitatis argu-
mentis conuicti, christianam religio art. 4.
nem diuinitùs traditam esse intelle-
xerunt, hi non modò integrum eius
suscipiendæ iudicium absolutamque
deliberationem, cuiquam committe-
re non possunt, sed neque de hac ipsa
re quidē, tanquam minus certa, quen-
quam omnino consulere.

A

Ratio



Quæstio I.

R A T I O.

1.2.q.89. Cùm primum idonea conuenientia &c. & q. tñq; ratione, fidei doctrina proponit. a. 4. turis, qui audit indubitabiliter interioris inspirationis præcepto ad credendum constringitur. Quod verò diuinus præceptum esse constat, id an exequendum sit, in quæstionem vertere, scelus gravissimum est. Christianæ igitur doctrinæ credibilitate demonstrata, non licet de fide suscipienda deliberationem instituere, neq; cuiusquam sententiam per modum dubitationis exquirere.

PROPOSITIO II.

Illis etiam, quibus Christianæ doctrinæ credibilitas, nondum evidenter apparuit, fas non est ad cuiusquam iudicium deserere integrâ de hac ipsa religione suscipienda, aut recusanda definitionem.

R A T I O.

Finem vltimū, qui prima omnium actioni unius regula est, exportet ad recte quidem viuendum esse certissimum.

Cùm

Quæstio I.

2

Cùm igitur, hominum auctoritas fas 1.p. q. 17 lax & incerta sit, qui ex hominum iuria a. 8. dicio, & sententia finem ultimum fibi desumeret, is temerè profectò age- 1.p. q. 94 ret, neq; suæ saluti & felicitati pru- a. 2. denter consuleret.

PROPOSITIO III.

De Christiana religione suscipienda, potest, & debet apud se illorum 1.p. q. 84 quisque, quos infideles negatiuè vocant, deliberationem inire, suspenso 3.p. q. 43 interim ultimo iudicio, propter vtrius a. 1. que partis dubitationem, aut formidinem, ex inuincibili ignorantia profectam.

R A T I O.

Omne medium ad beatitudinem, 1.2. q. 132 siue in particulari, siue in communi a. 5. & q. consequendam, probabiliter vel apparenter necessarium, est conueniens q. 57 a. 67 materia prudentis inquisitionis. Si sub hac igitur incertæ necessitatibus apparentia, representetur infideli Christiana religio, siam salutem is neglexisse videbitur, nisi ad illam rem inquirendam, argumentaque exami-

A nanda

Quæstio I.

nanda & perpendenda studium, cogitationemq; conuerterit.

PROPOSITIO IIII.

Quia verò, quæ manifestiora sunt, præsupposui, vt ad difficiliorē quæstionis partem iam accedam, sic propono, non videri viruperatione dignum, si quis Christianæ doctrinæ credibilitate nondum satis cognita & perspecta, viros idolorum superstitioni non addicatos, neque in positiva infidelitate obstinatos, sed humano more prudentes, in illa credibilitatis examinatione aliqua ex parte confidens, diuinam potius lucem, & precibus, & honestis actionibus postularet.

R A T I O.

i. p. q. i. Humanis argumentis & rationibus ex natura ipsa petitis, licet uti ad examinandam miraculorum virtutē, & inquirendam Christianæ doctrinę possibilitem. Ergo, licebit etiā adhuc 2.2.q.49. bere consilium virorum prudentium: a.3. non propterea solū, quia eorum autoritas,

Quæstio I.

3

ctoritas, humanum quoddam argumentum est non contemnendum, si ea, qua diximus moderatione adhibetur: sed quia multa etiam vir sapiens docere & disputare posset, ad illam investigationem accommodata. Primum quidem, si naturalibus argumentis ostenderet, in articulis Christianæ fidei, nihil repugnans & impossibile, nihil turpe & absurdū contineri. Deinde verò, si miracula, quæ in fidei confirmationem facta fuissent referuntur, non potuisse Magicis artibus configri demonstraret: vt per 178. a. i. spicum fieret Diuinam in illis virtu &c. 2.2.q. tem Christianæ religioni testimoniū præstitisse. Præterea, si errores idola colētium refelleret, & refutaret: neq; veram yllam traditam fuissent, aut ex cogitatam salutis æternæ consequendā viam, si Christianorum religio, vera non sit, naturali argumentatione concluderet. Quæ omnia, si ex suppositione loqueretur, cùm ipse nullum vidisset, aut audisset, à fide digno prædicatore miraculum, neque sufficiens i.p.q.12. confirmandæ credibilitati signū, esset a.12.

A 3 is

Quæstio II.

z. 2. q. is quidem infidelis negatiuè, sed ido-
172.a.6. neus tamen credituri consiliarius. Vi-
deo sane, huius vltimæ propositionis
casum esse apud Occidentales Indos
2.2.q.69. Metaphysicum, id est, à communi re-
2.3. rum cursu, illiusque gentis ingenijs,
& moribus alienum: sed non fuit ta-
men is prætermittendus, ne distin-
ctionis membro sublato, remaneret
imperfecta disputatio.

QVAESTIO II.

AN, quia difficillimus est
ab Indicis regionibus ad
Apostolicam sedem recur-
sus, liceat Indorum Episcopis, in vr-
gentibus casibus, summo Pontifici
reservatis, dispensandi officium assu-
mere.

PROPOSITIO I.

Et possunt, & debent Indoru Epis-
copi, vniuersas ferè humanas leges
inter-

Quæstio II.

4

interpretari, si quod lourgentis dubi- 1.p. q.
tationis casus existat, an earum tali 105.a.3.
loco & tempore literalis obseruatio; 2.2.q.95.
naturali & diuino iuri repugnet. a.2.

R A T I O.

Quid interfit inter dispensationem 1.2.q.96.
& interpretationem, non hinc expli- a.6.&.q.
candum est, sed ex Theologica schola 97.a.4.
supponendum. Quod si hanc in qua- 2. 2. q.
uis ferè huiusmodi urgenter, & dubia 120.a.1.
quæstione, interpretandi facultatem
Episcopis deesse contendamus, incô-
uenientia grauia sequi necesse est.
Nam, si tunc populus humanam po- 1.2.q.96.
tiùs legem, quam diuinam obseruet, a.5. &.6.
minus tutam partem elegisse videbi- 2.2.q.60.
tur. Si verò, dubitationis occasione, a.5.&.q.
humanam legem insuigere cœperit, 147. a.4.
periculosis aditus aperietur, dubijs 1.2.q.96.
quæstionibus vbique cōsingendis, & a.6.&.q.
Ecclesiasticis legibus passim concul- 97.2.4.
candis. Non defunt, qui in apparenti
illa dubitatione, si Episcopus re consi-
derata, humanam legem seruandam
esse decerneret, non semper acquies-
cendum esse arbitrentur, sed respi-
ciendam

A 4

Quæstio II.

ciendam aliquando & conferendam
vtriusque periculi magnitudinem :
veluti si frater, qui honestæ famæ pos-
sersionem habet, ex illo superioris
præcepto, in grauis & iniustæ infamie
discrimen coniiceretur. Ita qui-
dam philosophatur. Sed nulla tamen
regula, tutior præscribi potest, quām
vt pī; prudentisq; superioris defini-
tionem, & sententiam in talium dubi-
tationum ambiguitate sequamur: nō
quòd dubia conscientia sit aliquid
agendum, sed quòd in eo casu, practi-
ca dubitatione deposita, certus & que-
tus reddatur animus ex obedientia.

PROPOSITIO II.

Nulla existente humani, & diuini
iuris contentionē, sed oblato tamen
grauiore aliquo casu, dispensationem
postulante, neque diuturnam Summi
Pontificis adeundi moram, commo-
dè perferente: possunt Indici Episco-
pi, quicquid facultatis legibus, aut pri-
legijs consequuti sunt, vel consuetu-
dinis virtute obtinent, id prudenter
pro tali casu, in magis benignam &
misericordem partem accipere, quō
celerius commodiusque prouideant
periculis animarum.

Quæstio I I.

5

R A T I O.

Erat primo & antiquissimo iure,
Episcoporum facultas, & administra-
tio intra suam cuiusque diœcesin am-
plissima, ita vt pauci casus exciperen-
tur. Quam potestatem, tametsi iustis-
simis de causis restrictam fuisse, dubi
tandum non est, quia tamen debiti
alioqui iuris, & antiquioris facultatis
limitationes, non seuerius, & durius,
sed dulcius & suauius sunt intelligen-
dæ, ex eo fit, vt quæ nunc remanet
Episcopis potestas, ea potius secun-
dum legum benignitatem extendi,
quām rursus coarctari debeat: apud
Indos præsertim, quibus, multis in ca-
sibus, vix possibilis est ad Apostoli-
cam sedem recursus.

PROPOSITIO III.

Quoniam verò, hæ duæ præceden-
tes assertiones, ita sunt apud Indos
vtilles, vt sint ipsorum Episcopis, &

A 5 nostris

Quæstio II.

nōstris magna ex parte communes; ideò, vt aliquid speciale de Indica quæstione dicamus, tertia quædam propositio, cum debita modestia & submissione disputari posse videtur: quæ plus aliquantò Indicis Pontificibus attribuat, propter immensam illarum regionum ab Apostolica sede distantiam. Sic igitur proponendum existimarem: si quæ dispensationum necessitates sunt aquid Indos, & tā frequentes, & tanti momenti ad salutem animarum, vt semper pro eis expediēdis, Romam mittere, diutiisq; expectare, valde durum videatur: nō est. 1.2. q. se imprudentiæ, neqne temeritatis, si 107. a. 4. Episcopi sibi persuaserint, nolle Sum 2.2. q. mūm Pontificem, cum his circumstan 120. a. 1. tijs, tales dispensationes sibi soli re- & q. 147 seruatas habere: nisi apertè cōstet de a. 3. contraria eiusdem voluntate.

2.2.q. 88
a.12.

R A T I O.

1.2.q. 95. Hæc propositio, cùm non longè a.3. &.q. discedat à principijs Theologorum, 96.a.2. supponentium, legem, vt iusta sit, tolerabilem esse debere: tum verò non ad

Quæstio II.

6

ad ipsas leges eneruandas, sed suspi- 2.2.q. 88 ciendas potiùs & reuerenter obser- a. 10. & uandas pertinet. Nam, qui legem ali- 12.&. q. quam, & rationabilem, & non admo- 98.a.2. & dum difficilem esse ostendit, is legi q. 105.a.i amorem conciliat, ipsiusque auctoritatē tuetur: cùm ij tamen, qui arctiores leges nimiū stringunt, ipsas qui- 1.2.q. 96. dem odiosas reddant, homines verò, a.2. vel in contemptum, vel in desperationem deducant. Cuius inconuenientis vitandi causa, huius antiqui orbis Episcopi, in frequentioribus quibus- 2.2.q. 88 dam dispensant, vt in ieunijs, festo- a.12. rum obseruationibus, & huiusmodi casibus. Quod igitur apud hos frequentia potest, propter absentiam Legislatoris, & itineris difficultatē, non appareat improbable, apud Indos quoque, posse in quibusdam alijs frēquentiam, cum morali Apostolicæ sedis adeundæ impossibilitate coniūctam. Ne verò hæc Propositio, insolentius ab aliquo intelligatur, erit necesse sequenti doctrinæ coniungenda.

PRO-

Quæstio II.

PROPOSITIO IIII.

Multa sunt Ecclesiastico iure cōstituta, in quibus irritum esset & inane, quicquid remotissimus etiā Episcopus, circa dispensationem p̄fūmeret, quantumuis grauiſ causa vrgere videretur,

1.2.q. 97
2.4.

R A T I O.

Veluti, si consanguineos in gradibus prohibitis, conaretur copulare, nullum omnino matrimonium perficeret: etiam si ad totius Indicæ Republicæ salutem illos fieri coniuges multum referret, neque dubium foret Summum Pontificem, cum primum rem intelligeret statim dispensaturū. Neque enim horum quicquam, homines sanguine coniunctos, ad matrimonium contrahendum habiles redideret, sine formalī & expressa, vel æquivalēti Summi Pontificis dispensatione. Si bigamum præterea, vel homicidam, qui Indicam gentem uniuersam, conuersuri viderentur ad religionem Christianam Episcopus auctoritate propria, ad sacerdotiū promouendos

2.2.q.39.
a.3.

Quæstio II.

7

mouendos iudicaret, ordinē quidem 2.2.q.39. conferret, sed & illos irregulares re-a.3.&q. linqueret, neque ipse impunitus re-100.a.6. maneret. Multa sunt alia huius gene- &.3.p.q. ris, quę signatim recensere nostri in- 63.a.5. stituti non est. &q.64. a.9.&q.

PROPOSITIO V.

82.a.7.
&.8.

Quod in huiusmodi casibus nulli Episcoporum absoluta dispensandi facultas, ab Apostolica sede permit-tatur, nemo iustè conqueretur: cum il lud & diuino consilio fieri credēdum sit, & humana ratione ostēdi aliquatenus possit, prudenter cautū & prouisum fuisse, ne talis licētia cuiquam concederetur.

R A T I O.

Nam, multò grauiora incommoda 1.2.q.97 succederent, si familiaris, & commu-nis fieri inciperet illa facultas, in legibus tanti ponderis & necessitatis dispensandi, quām si nonnulli dispensationis beneficio carerent, aut labo-riosius ipsam assequerentur. Iustas enim grauiſ dispensationis causas exāminare,

a.4.

Quæstio III.

minare, magni iudicij res est, magni
verò animi, vehementi postulatiū
ambitione non flecti, neque precibus
& importunitate commoueri.

QVAESTIO III.

Si Indicæ genti, propter
generalem de infidelitate
te suspicionem, sacra
Eucharistiæ perceptio, communione
consuetudine prohibetur, an de-
beat fidelis Indicus, sanctissimi Sa-
cramenti communionem asequen-
di causa, raram quandam & si-
gularem Christianæ pietatis signifi-
cationem exhibere.

PROPOSITIO I.

Sive præceptum Eucharistiæ su-
mendæ, solummodo sit Ecclesiasti-
cum, vt quidam opinantur, sive etiam
diui-

Quæstio III.

8

diuinum, vt sapientiores existimant; 3.p.q.65
non tenetur tamen quisquam, per a.4.et.q.
exquisita & improportionata me- 73.a.3.&
dia, sacram illam communionem si- q.80.a.
bi procurare,

RATIO.

Cæteris diuinis præceptis, com-
munium mediorum proportione sa-
tisfieri, manifestis exemplis declara-
tur. Quis enim dubitat, naturale præ-
ceptū esse, vt suam quisque vitā cor-
poralem cōsernare studeat? At verò,
non quemuis Theologi obligant, vt
integræ valetudinis tuendæ causa;
preciosissimum medicamentum ex-
quirat. Satis homini fuerit, cōmuni-
bus & consuetis medicinis vti, ne
suam vitam neglexisse cēleatur. Præ- 2.2.q.33.
terà, quis ignorat, fraterne correptio a.2.
nis legem esse etiam diuinitùs nobis
inuictam? Sed non tamen ob causam
regulariter, cùm nobis frater
corripiēdus occurrit, iejunamus neceſ-
sariò, neq; flagellis nosipſos cædimus,
neq; etiā peccata nostra confitemur,
neque contriti fieri conamur. Vtilia
quidem

Quæstio III.

quidem essent hæc media, quò effica-
cior, existeret nostra exhortatio, sed
quoniam remotiora sunt, neque essen-
tialem connexionem habet cum cor-
reptione, licet pretermititur hoc in
casu: cum legitimus tamen ille me-
diorum ordo, ab Euangelio præscri-
ptis, quatenus, ex interpretatione sa-
2.2.q.33. a.8.
pientium, præscriptus est, prætermis-
tendus non sit: ut primum separatim,
deinde coram testibus, postremo apud
Ecclesiam correptio fiat. Huiusmodi
igitur mediorum proportio, in diuinæ
legis obseruatione præcipitur.
Quem consuetum in medijs adhiben-
dis ordinem, si is, qui communione
priuat, non prætermiserit, non
erit reus sacræ participationis ne-
glectæ.

PROPOSITIO II.

Indos nemo iuste obligauerit, ut
difficiliora naturalis, aut Euangeli-
cæ legis consilia complestantur, sa-
cræ communionis percipiendæ cau-
sa.

R A-

Quæstio III.

R A T I O.

Superiorem propositionem intel-
ligenti, hæc quam modo subiçimus;
satis perspicua fiet. Neque verò illud
solum assumimus, consilia esse libera 1.2.p.108
ad salutem media, possunt enim per a.3. & 4.
accidens fieri necessaria: sed opus erit:
ad argumentationem conficiendam,
hoc etiam assumere: difficiliora illa:
consilia, quæ à paucis, & selectis per-
sonis capiuntur, improportionata ef-
se copiosæ & indistinctæ hominum
multitudini, respectu generalis & or-
dinariæ; in rebus ad religionem perti-
nentibus participationis. Quamobrè
Ecclesia, quæ cælestem illum panem, 3.p.q.67
omnium fidelium eidem Christo per a.2.&.q.
charitatem coniunctorum, cōmune in 8.a.6.
cibum esse nouit: ad ipsum conceden-
dum, arduam excellentium consilio- 1.2.q.108
rum obseruationem non exigit, quæ a.1.
omniuti communis non est. Quid au-
tem ab Indis, exigi posse videatur;
ex proximè dicendis intelligetur.

PROPOSITIO III.

Indicus, qui propter infidelitatis
B' suspi-

Quæstio III.

Suspicionem Eucharistiæ communio
nē priuatur, non solum præceptorū
obedientiam, & prestare, & ostendere
debet, ex communi charitatis lege, &
ex quadam præterea speciali suspi-
cionis diluendæ, & obtainendæ com-
munionis obligatione: sed verisimile
etiam videtur, si nondum existimatio
ni publicæ ita satisfecerit, vt ad Eu-
charistiam sumendam admittatur, te-
neri ipsum, ex hac accidentalī occa-
sione ad faciliores quasdam superero-
gationes, plerisque fidelium, de sua sa-
lute sollicitorum communes; veluti ad
2.2. q. gerendum & recitandum Diuæ Virgi
188. a. 6. nis rosarium, atque ad audiendam in-
terdum Missam in diebus profestis,
atque ad alias huiusmodi piaæ deuo-
tionis consuetudines.

R A T I O.

3.p.q.73 Cùm Eucharistiæ sacramentaliter
a.3. & q. sumendæ votum, siue ex ipsius sacra-
79.a.1. menti natura, siue ex Ecclesiæ præ-
cepto, necessarium ad salutem esse au-
dimus: id non de quauis velleitate,
sed de absoluta & integra voluntate,
sacram

Quæstio III.

10

sacram communionem efficaciter ex
petente, & exoptante intelligendum
est. Hæc verò voluntatis integritas, 1.p. q. 19
& efficacis animi promptitudo, Indi- a.5. & 12.
co deesse videbitur: si ab Eucharistiæ q. 76. a. 2
perceptione, illarum supererogatio- & 3. p.
num leui, & exigua difficultate deter q. 80. a.
reatur. Quæ deuotæ consuetudines, ii.
cùm ad Christianam pietatem mul-
tum conferant, & probabilia interio- 2.2. q. 82
ris integratatis argumenta sint: eas In a. 2.
dici sacerdotes, non supersticiose qui-
dem; sed pridenter, & religiose in 1. 2. q.
neophytis illis obseruant, ad genera- 108. a. 1.
lem de infidelitate suspicionem, vel 2.2. q. 83:
diluendam, vel confirmandam. Iam ar. 12:
igitur, cùm de conuenienti commu-
nionis assequendæ medio dixerimus,
de illicitis fictionibus cauendis, ali-
quid dicemus:

PROPOSITIO III.

Fingere & simulare, vel egregiam
vel communem sanctitatem non li-
cit, suspectis etiam de infidelitate In-
dis, atque eo etiam fine, vt sacramen-

B 2 talem

Quæstio III.

talem Eucharistię participationem consequantur.

R A T I O.

- 1.2.q.88. Quæ esse talem & intrinsecam malitiam continent, ea quidem, nulla pro�us honestissimi etiam finis intentione, eligibilia fiunt. Cum igitur hypocrisis & fallax simulatio, sit per se, & intrinsecè turpis, quemadmodum mendacium: nemini fas erit, hypocritam fieri, eo etiam consilio, ut Eucharistię percipiendæ facultatem obtineat. Verum, ne imprudenter hypocrisin vereamur, & caueamus, ubi non est: duo hinc meminisse oportebit: alterum quidem, in operationibus humanis multò latius patere indiffe-rentiam significationis & amphibolo-a.1.&q. giam, quam in vocibus: quæ quoniam 169. a. 2. solius explicationis causa sunt insti-&.q.174 tutæ, maiori distinctione & proprietate, hoc munus exercent. Alterum 3.p.q.40 verò, imperfectionis occultæ dissimu-lationem, sapienter non laudabilem solum, sed necessariā etiam esse: cum fictio tamen & simulatio men-dax,

Quæstio III.

dax; quoniam semper vitiosa & cul-pabilis est, semper etiam vitanda fit.

PROPOSITIO V.

De illius verò intentione, an bona sit, quæri posse videtur, qui inter com-municaturos recenseri, vehementer cupit: cum statuerit ad hunc finē tam sanctum, turpe medium adhibere, fal-lacem nimirum simulationum & hy-pocrisie. Sic autem huic quæstioni 1.2.q.10. respondeo: quum per eundem mate-rialē aetum, intenditur ab illo sacra-communio, atque ad obtinendam 1.2.q.19. ipsam eligitur hypocrisis: esse qui-a.7.&.9. dem illam efficacem intentionem, ma-&. q.21. terialiter, & identicè malam: cum ea- a.6. & dem tamen, formaliter, & per se, bona 114.a.10. sit, & necessaria: nisi forte tam absolu-2.2.q.51. te illi homini prohibita fuerit com-a.1.&.q. munio, ut nullo honesto medio, posse 68.a.1. impetrari videatur.

1.p.q.84

R A T I O.

a.3. &.1.

Principij speculatiuij comparatio, 2. q. 57. utilis est, ad practici finis vim & qua-a.4.&q. litatem explicandam, propter maxi-90.a.2.

B 3 main

Quæstio III.

mam vtriusque similitudinem. Speculatuum verò principium, non propterè falsum esse censetur, quòd falsa inde conclusio, non ex vi & necessitate principij, sed ex argumentantis errore, illationisque peruersitate colligatur. Quòd si per legitimum syllogismum, falsa conclusio inferretur, ea falsitas, eiset profecto in principium referenda. Ut igitur, hanc ipsam considerationem, ad illius intentionis & electionis comparationem adhibeamus: si illa Eucharistiae percipiendæ efficax & absoluta intentione, sanctitatis fingendæ consilium & electionem, necessariò inferret & exigere, peruersa plane & damnabilis esset. Nunc verò, cùm per veram sanctitatem, ille ipse finis obtineri possit, ex eligentis errore fit, ut fictionem, is potius assumat, quam veritatem. Quamobrem, nihil est, quod intentionem condemnemus, si de ipsa per se, & formaliter loquamur.

Quæstio

Quæstio IIII.

12

Q V A E S T I O IIII.

V Trum omnes Hispani tanquam nobiles sint habendi, cùm honoris impendi, vel compensandi causa Indis conferuntur.

P R O P O S I T I O I .

Apud barbaros & infideles Indos, vera esse potuit aliquorum ciuium nobilitas, quemadmodum apud huius antiqui orbis gentes.

R A T I O .

Si apud Indos potuit esse verum regnum, plane colligitur, apud eosdem 1.2.q.22. else potuisse veram nobilitatem eo a.2. rum, qui propinquiores existarentur regibus: quorum beneficio dignitatis 2.2.q.10. & honoris ornamenti fuisse con a. 10. & decorati. Verum autem regnum, apud q.12.a.2. barbaros illos fuisse possibile, nihil est quod impediatur: cùm neque supernatura lis fides ad ciuilem principatum, qui

Quæstio III.

- 2.2. q. naturalis ordinis est, exigenda sit;
 172.a. 4. neque politiores etiam mores, & libe-
 ralior cultus: cum ad essentialē, pro-
 pter bonum Republicæ imperandi
 & sine oppressione obediendi ratio-
 nē.
 1.p.q. 81. necm, qua regnum continetur, illa per
 accidens & contingenter accedant.
 1.2.q. 92. Quod si Indorum aliquos, inter suæ
 nationis homines, esse posse verè no-
 biles, demonstrauimus: quid de his
 ipsis censendum sit in Hispanorum
 comparatione, disseramus.

PROPOSITIO II.

Contentiones, quæ inter Hispanos
 & Indos existunt, non ex iusti secun-
 dum quid, sed ex iusti simpliciter &
 absolute regulis, sunt diiudicandæ;

RATIO.

- 2.2. q. Indi, Hispanorum serui non sunt,
 184.a. 4. aut si vsquam sunt, esse certè non de-
 bent: vt est à viris doctissimis disputa-
 tum, & legibus etiam Catholici Re-
 gis sanctum. Inter liberos autem ho-
 mines, nisi coniunctior aliqua neces-
 situdo intercedat, qualis est inter virū
 & vxo-

Quæstio IIII: 13

& vxorem, filium & patrem: statuen-
 dum est iustum ciuile & publicum:
 quod iustum simpliciter dicitur, ex il-
 la æqualitate perfectum, qua omnes
 ciues subsunt eiusdē immediati Prin-
 cipis potestati & imperio. Coequan-
 di sunt igitur Hispanis Indi, secun-
 dum simplicem & perfectam iustitiae
 rationem: non solum in omni contrac-
 etuum & realium commutationum
 genere, sed etiam in actionum ini-
 quirarum, iniuriarumque omnium fa-
 tis factione. Atque hæc quidem, de
 essentiali utriusque gentis æqualita-
 te sunt intelligenda. Nam, de acciden-
 tali quidem, in hoc ipso genere mo-
 ris, sequenti propositione disputa-
 bitur.

PROPOSITIO III.

Quod Hispanorum natio, Indicas
 gentes, ingenio, viribus, industria, ci-
 nili cultu, & quod maitis est, Christianæ
 religionis, constanti & anti-
 quia professione, lögē ante ecclat: non
 propterea Hispani, tantum sibi arro-
 gant, vt quemuis suæ nationis homi-
 nem,

Quæstio IIII.

z.2.q.31. nem, quouis Indo, quouis in re præ-
a.2.&c.q. stantioem iudicandum esse putent,
z.61.a.3. & honore præferendum.

R A T I O.

z.2.q.71. Nam, quod melius est secundū alii
a.3. cuius generis considerationem, hoc
ipsum, qua ratione ad alia genera per-
tinget, deterius esse contingit. Itaque,
non quodus animalest quouis lapide
preciosius, et si animalium genus, lapi-
dum naturam excellat: neque quicun-
que vir, cuicunque foeminæ honore
præfertur, et si foemineo sexui, virilis
dignitate præstet. Quia verò fortassis
occurruunt Indorum nonnulli, tam bari-
bari, tamque ex omni parte viles &
abiecti, vt nullo prorsus honore digni-
videantur: quid de ipsis existimādum
sit, & quid exhibendum, declarare
oportebit.

R R O P O S I T I O IIII.

Honoris verū ius habent Indi;
non solū infideles & barbari, sed
ignobiles etiam & infirmi cōditionis.
Neq; id vero ita intelligendū est, hoc

Quæstio IIII. 14

z. eis solūm deberi, ne contumeliam ac-
cipiant: sed etiam, ne per omissionē,
debita ipsis reuerentia subtrahatur.

R A T I O.

Si est apud Indos verum ius famæ; z.2.q.12
& rei familiaris, cur non erit etiam a.2.
honoris, cum hæc omnia pertineant
ad idem genus, temporalium & exte-
riorum bonorum, quæ sub hominum z.2.q.7
dominio continentur? Quemadmo- 129. a.1.
dum igitur, nulli Indorum pecunia &c.
surripienda est, neque famæ detra-
hendum, quantumuis ille sit sordi-
dus & abiectus: ita etiam, neq; contu-
melia est idem afficiēdus, non modò
verbis, aut signis euidentibus, sed
neque importuno quidem silentio:
quod vt famæ nocere solet, sic etiam 1.2.q.47
honorem grauiter offendere potest; a.1.
Vt verò, non commissione solūm, id z.2.q.73
est, per conuitum & contumeliam, a.1.
sed omissione etiam debitæ reueren- 2.2.q.103
tiæ, peccari posse contra viles homi- a.2.
nes intelligatur: considerandum est, 2.2.q.25.
vulgarem hunc & communē honorē, a.1.
neque folius virtutis testimoniu[m] effe-
neque

Quæstio IIII.

neque soli virtuti deberi, aut ciuili excellentiæ, sed naturali etiam præstantiæ humanæ naturæ: quæ propter aptitudinem, quam habet ad virtutem, & propter insignem diuinitatis similitudinem, digna est, quam honoremus, in vili etiam subiecto, & reuerentia prosequamur. Quanquam, huius quidem officij omisso: nō semper lœdit iustitiam stricte sumptam, sed sèpè moralem solum honestatē. Cui excusationi, potest etiam accedere sequens consideratio: non, ut negligentes in officio simus, sed ne facile quenquam condemnemus.

PROPOSITIO V.

Multum refert, ad contumeliarum grauitatem perpendam, & recompensationem præstandam, ingenia & mores Indicæ gentis cōsiderare. Quo circa, si qui Indorum parum sobrij sint, vel qui magis dolere soleant, quod pecuniolam amiserint, quam quod acceperint alapam: ijs quidem graui ex obiecto & genere cōtumelia, leui si satisfactione poterit recōpensari.

RATI-

Quæstio IIII.


15

R A T I O.

Minùs fortasse probabitur hęc assertio, superficie tenus naturam & definitionē iustitiae cogitanti: quæ, cūm non varios animorum motus, sed exteriorum rerum æqualitatem respiciat, vt tantudem pecunia restituit prodigo, quantum auaro: ita etiam si cætera sint paria, tantudem honoris debere videtur pusillanimi, quantum ambitioso, pro æuali in utrumque illicita contumelia. Quod igitur Indi, vel ex infinita quadam modestia, vel ex turpi etiam animi demissione, neque honorem tanti faciant, quanti Hispani, neque dedecoris iniuria, ita grauiter commoueantur: nihil fortasse id referre iudicabitur, cūm agitur de recompensationis æqualitate. Verum, cūm duplex commutatię iustitiae genus sit: quorum alterum circa res ipsas, alterū vero circa operaciones versatur: cūm in neutrō per se, aut personæ dignitas, aut voluntatis intensio consideretur: tamen per accidēs in eo genere, quod actiones melrandas suscipit, & personæ ratio quendam

¶ 2. q. 58. dam habenda est, & notabilis excep-
a. 10. & suis voluntarij, vel iniuoluntarij dilig-
q. 61. a. 2. genter obserrandus. Ut enim, offendit
& 4. hominis excellentia, magnopere au-
t. 2. q. 73. get contumelij grauitatem: ita etiam
a. 9. conditio vilis, leuiorem reddit iniua-
tiam. Deinde vero, quò molestius &
acerbius, contumeliam latus, aliquis
intelligitur, eò etiam grauius lædi cè-
fetur. Itaque talis dedecoris initriam;
¶ 2. q. 73. non ex vera virtute, sed ex animi de-
a. 9. & 2. missione parui pendent, leuis infer-
a. 2. q. 46. tur offendit, & facile redditur satis-
a. 1. factio.

QVAESTIO VI.

 *N* Índicæ linguae imperi-
to sacerdoti, Sacra-
 menta-
les Indorum confessiones
audire licet.

In add. 3. PROPOSITIO I.
p. q. 3. a. Mortis articulus, vt alijs in legi-
bus, ita h̄c excipiens est: in quo,
qui quis

quiuis sacerdos, non solùm Indicæ ser-
monis imperitus, sed qui neque vnius
quidem verbi sensum percipiat, si
quod speciale peccatum ex poeni-
tentis nutibus intellexerit, absolu-
tionem conferre poterit, cum non
adest copia confessarij commodio-
ris.

R A T I O.

Hanc assertionem, sapientium con-
fensus receptissimam, illa in primis
ratio confirmat: quia non dimidia-
tam à Deo veniam, is petit & sperat, 3. p. q. 86
qui si posset, aut nihil tunc præter-
mitteret, quod ad confessionis inte-
gritatem pertineret; aut meliorem
omnia confitendi opportunitatem
expectaret. Est igitur ipsi conceden-
da Sacramentalis absolutio. Et qui 3. p. q. 84
dem, cum poenitentia Sacramētum a. 3.
ex attrito contritum faciat, neque
semper adsit Eucharistia copia, vel
unctionis extremæ: velle ut infir-
mus, dubiæ contritionis pericu-
lum subeat, destitutus absolusionis
auxilio, videtur planè iniuriosum
facri-

Quæstio V.

sacrilegium. Et si verò hæc doctrina, minus certa cuiquam appareret: tamen Christianæ benignitatis esset, eam potius opinionem eligere, quæ hominem in summo discrimine positum, Sacramenti præstanti virtute iuvandum, & muniendum arbitraretur.

PROPOSITIO II.

Ad ordinarium confessarij munus obeundum, mediocris quædam Indicæ linguæ cognitionis, satis esse videtur: quæ omnia ferè percipiat, quamvis alicuius interdum vocis significatio subterfugiat.

R A T I O.

Quia moralis & humana hoc in genere diligentia, non anxia solicitude per clemētissimi domini præceptum, iniuncta nobis fuisse intelligitur: ob eam causam, neque doctissimus Theologus est necessariò querendus, neq; scrupulosa examinatione peccatorū numerus Mathematicè perscrutādus. Quamobrem, cùm linguæ cognitione, sermonisq; dexteritas, ad illud ipsum pec-

Quæstio V.

17

peccata integrè intelligendi & examinandi genus pertineat: eadem in his mediocritas, quæ in alijs huiusmodi requisitis probanda est: præsertim apud Indos, vbi peritiores confessarij rarissime inuenientur. Atque hæc quidē certiora sunt. De alijs verò difficultatibus, quæ prōpter sermonis im peritiam, solent occurrere Indicis confessarij, iudicent sapientiores: utrum sequentes propositiones possint piè utiliterque disputari, quò studiosius Indi Sacramentalē pœnitentiam complectantur:

PROPOSITIO III.

Posteaquam pœnitens, apud mediocriter peritum Sacerdotem ritè confessus fuerit, absolutionemq; percepit, non tenetur eiusmodi confessionem repetere: etiam si in generali & confusè, tenui suspicione tangatur, ne quod fortasse peccatum præterierit confessarium, ob imperfectiorem Indicæ linguæ cognitionem.

C R A.

Quæstio V.

R A T I O.

3.p.q.84 Nulla confessio valida, est necessaria
a.3.&c. 8. riò reiteranda: nisi forte propter alicu
&c. 10. & ius casus reservationem, aut propter
q.88.a.r. alicuius religionis speciale statutum &
&c. 2. votum, quæ huius propositi non sunt:
In add. 3 Cùm igitur, eam confessionem, quæ
p.q. 8. a. fit apud mediocriter peritum sacerdo-
5. tem, aliquid ex lingue imperfectione
minus integrè fortasse perceptum,
validam esse demonstrauerimus: con-
uincitur sanè non esse necessariò repe-
tendam. Atq; hoc ipsum, ex inconve-
nientis illatione confirmatur. Neque
enim ullus esset repetendæ confessio
nis finis, si huiusmodi exiguis timori
bus, qui in generali & indistincte se of-
ferunt, aditus aperiri deberet. Quis
enim non poterit speculatiuè non nihil
timere: ne forte inter confitendum, ima-
ginatio confessarij fuerit aliò diuaga-
ta, per breuissimum saltus temporis spa-
tium, quo vnu aut alteru peccatum pro-
fertur? Cui deinde est semper omnino
certum & exploratum, in longiusculu pre-
sertim cōfessionis discursu: an aliquā
affirmationē pro negatione, vel econ-
trā

Quæstio V.

18

trā, ipse pœnitens per linguæ lapsū
proposuerit: vel sacerdos per inaduer-
tentiam, aut audiendi defectum intel-
lexerit? Quād pauci præterea confes-
sarij, tantos habent in re Theologica
progressus, & in singulis conscientiæ
casibus, tantā discernendi facultatem
& prudētiā: vt de his non nihil timeri
non possit, an acceperint aliquid mor-
tale, pro veniali: & an species omnes
peccatorū, satis, non metaphysicè qui
dem, sed moraliter distinxerint, & di-
iudicauerint? Longū esset, omnes tali-
ter timēdi occasiones commémorare.
Quod si his defectibus, cùm notabiles
non sunt, neq; distincte & separatim co-
gnoscūtur: per cōfessionis reiteratio-
nem non occurritur necessariò, sed per
suauē Diuini de cōfessione, præcepti In add. 3
interpretationē: idē erit iudicandum, cū p.q.8. a.
ex imperfectiori linguæ cognitione, 4.
exoritur tenuis aliqua suspicio. Neq;
verūnūc de scrupulosis loquimur. His
enim timidioris cōsciētię hominibus,
laxiores regulæ prōponūtur; aliaque
adhibētur à sapientibus magis effica-
cia remedia. Cōmunior hęc fortasse
C 2 dispu-

Quæstio V.

disputatio, confessionis Sacramentalis ab Indicis gentibus amplectendæ & amandæ causa haberi posse videbitur : quæ non ex particulari alicuius pœnitentis morto & ægritudine, sed ex ipsius Sacramenti, ad Christianorum auxilium & consolationem instituti, suavi & benigna conditione, rationalib[us]q[ue] & probata inter pios administratione desumitur . Nam cùm

1.p.q.79 moralis solùm diligentia h[ab]et à Theologo. &.i. logis requiratur : h[ab]et autē, in quoquis

2.q.2.a.3 humano negotio aliquā incertitudinē &. q. 91. nem , propter materiæ contingentis

a.3.&.4. conditionem, compati possit : effici-

&.q. 96. tur profectò, tenues illas suspicções,

a.1. non prorsus excludi. Quia vèro illum

2.2.q. 45 casum excepimus , cùm pœnitens se-

a.3.&.q. paratim & distinctè recordaretur ali-

47 . a. 9. quod peccatum, quod præteriisse con-

&.q. 60. fessarium, timeret, aut dubitaret : de

a.3.&.q. hoc in propositione subsequēti opor-

71.a.2. tet, vt differamus.

PROPOSITIO IIII.

3.p.q.80 In eo casu , si qua factio pœnitentiæ cognita, non interfuerit, illud solùm pec-

Quæstio V. 19

peccatum , quod sacerdotem latuif-
fe intelligitur, aut dubitatur, erit repe-
tendum, cùm peritior confessarius oc-
currat: aut cùm spes apparet fore , vt
apud imperitorem etiam , nutibus,
vel circumloquitione crimen expli-
cari possit.

R A T I O.

Huius, inter confusam , & determi-
natam formidinem discriminis , est
explicanda causa , vt præsentis do-
ctrinæ veritas perspicua fiat .
Atque, illud in primis intelligendum
erit, hanc moralem considerationem
& distinctionem, non h[ab]et solūm , sed
in alijs etiam quæstionibus , quæ ad
mores pertinent , locum habere . Ut
aliquid vèro exemplum proferam :
cùm de charitate & celestyna dispu-
tatur, ita docemur ; qui vnum aliquē
ex pluriinis indeterminatè, in extre-
ma necessitate constitutum intelli-
git, illum non omnibus sua distribue-
re debere , vt ad indigentem tandem a.2.&.q.
perueniat. Quod si distinctè cognosca 71.a.1.
tur singularis ille homo, qui extrema

B 3 neces-

2.2.q. 34

a.2.&.q.

71.a.1.

Quæstio V.

necessitate laborat, omnino subleuāti-
dum & reficiendum esse, ne nostra
negligētia vel crudelitate pereat. Ob
eam nimirūm causam, quia illud eset
durissimum & intolerabile, hoc verò
cum diuinæ legis suauitate coniun-
cti. p. q. Etius: vel, vt magis philosophicè dif-
fici. a. 6. putemus, quia, cùm actiones circa fin-
i. 2. q. 76 gularia versentur, quò magis determi-
nata & singularis est obiecti cogni-
tio, eò strictius obligat ad agen-
tia. 3. & q. 47 dum, omissionisque periculum vi-
tandum: quod eo plus amari vide-
3. p. q. 11. retur, quò facilius posset, promptio
a. 1. ri remedio existente deuitari. Cu-
ius rationis & exempli consideratio,
aliquam, vt credo, lucem afferet
propositæ distinctioni. Sed memi-
nisce tamen oportebit, dubitationem
& formidinem, de qua differimus,
non solum de peccato distincto & de
terminato non esse: sed neque cir-
ca notabilem quidem peccatorū par-
tem versari. Rediret enim in eo casu
talis dubitatio, in naturam suæ for-
mæ: & quamvis confusa eset, equi-
ualeret tamen distinctæ. Quo cir-
ca

Quæstio V. 20

ca subsequens propositio erit obser-
uanda.

PROPOSITIO V.

Quòd Indicus multos iam annos;
Sacramentalis poenitentiæ beneficio
caruerit, vel quòd Eucharistia per-
cipienda præceptum vrgeat: non
propteræ confiteri potest apud fa-
cerdotem, Indicæ linguae tam igna- In add. 3.
rum, vt notabilem, & indistinctam p. q. 9. a.
confessionis partem intellecturus 2.
non sit.

R A T I O.

Nam, cùm in omnibus iudicijs abs- 1. p. q. 8. 4
que debita & sufficienti causæ cog- a. 8.
nitione, sententiam ferre, iniu-
stum & temerarium sit: tum maxi-
mè in sacro conscientiæ foro, vbi
cum sententiæ iniquitate, graue etiā
sacrilegium coniungeretur. Deest
autem in proposito casu, sufficiens
causæ cognitio: non quia eiusmo-
di confessio, integra materialiter
non est, sed quia est etiam, formaliter,
vel interpretatiæ dimidiata, &

Quæstio VI.

imperfecta: cùm neque pœnitens no-
uerit, quid satis exposuerit, & signifi-
cat. p. q. 68 cauerit, quid verò reliquerit, & subti-
a. 6. in cuerit: neque sacerdoti constet, in tan-
add. 3. p. ta confusione & obscuritate, quid ab-
q. 9. a. 2. soluere debeat, quid verò retinere.

QUESTIO. VI,

ST RVM, ab Indis
anthropophagis, Marty-
ris corpus deuoraturis,
occidi, conferat ad augendam ipsius
certaminis & Victoriae gloriam.

PROPOSITIO I.

Tametsi hæc iniuria, non solum
agenti, sed etiam perferenti, insignem
quandam turpitudinem & indecen-
tiam inducat in genere naturæ: est ta-
i. p. q. 19. a. 9. 3. p. men ipsius passio, honesta in genere
q. 47. a. moris, atque in Dei gloriam referibi-
lio. lis: non solum tanquam permissa, sed
etiam tanquam directe volita. In quo
plu-

Quæstio VI.

21

plurimum differt à perpetione stu-
pri: quam oportet esse prorsus inuo-
luntariam, omniq; ex parte violen-
tam: vt meritoria sit patientia, eam in iuriam tolerantis, ne fidei, vel charita-
tis grauior iactura fiat,

R A T I O.

Facile probari posset à posteriori
hec assertio ex Martyrum exemplis.
Qui, cùm feris obijcerentur, non mo-
dò non exhorrebat eius deuoratio-
nis passionem, sed ipsam potius ex-
petebant & exoptabant. At verò san-
cta Virgines, comminantibus tyran-
nis stuprum, id cùm molestissimè au-
diren, facilè impetrabant ab omnipo-
tentí Deo: vt non ab animo solum
impudicam confessionem, sed à cor-
pore etiam turpem contumaciam auer-
teret: neque omnino templum Spi-
ritui sancto cōsecreatum, tali flagitiovio-
lari permetteret. Quanquā, hoc quidē
ita timeri oportuīse, certius est, quā
vt probatione indigeat. Verūm, vt
ad illud de anthropophagia reuertar-
mur: si cui multum interest videa-
tur,

C 5 tur,

Quæstio VI.

tur, vtrum à belluis, an ab hominibus, Martyr deuoretur, vt licet consentire possit tali perpessioni, de eademque gaudere: illi, priusquam fundamentalē rationē explicemus, Diui Laurentij præclarum exemplum proponere possumus: qui, cùm tyrannum inuitabat, vt assatam partem manducaret, ab humanæ deuorationis passione, minimè abhorre videbatur. Atque hæc quidem facile intelliguntur. Huius verò diuersitatis, inter stupri & anthropophagiæ passionem, est inquirenda radix: quæ non ita expedite inuenitur, sed illa tamen esse videtur, quod in stupro quidem, interuenit mutua vtriusque actio, tametsi non æqualis. Quare, cùm materia sit vtrique indebita, vterque peccat, nisi cogatur atque dissentiat. In anthropophagia vero, nulla propria & immediata patientis actio reperiatur. Nullum igitur est, in eius iniuriæ passione voluntaria peccatum. Quemadmodum, ob eandem causam, nihil peccat innocens, cùm mortem libenter patitur, si nihil

1.p.q.79
a.2.
2.2. q.
154. a.1.

Quæstio VI. 22

nihil cooperetur. Tam verò homicida, quam anthropophagus, quoniam, i.p.q.48 circa indebitam materiam actiū vèr a.5. sancutur, scelus intrinsecè malum committunt. 2.2. q.
142. a.4.

PROPOSITIO II.

Est sanè laudabile, vt demonstravimus, velle deuorationis iniuriam, pro Christo pati. Sed, vt progrediamur vltterius, illud etiam addendum est: cùm vtrumque possit Martyr, & velle, & petere à Domino meritorie, i.p.q.22 vt scilicet anthropophagiam permittat, vel, vt ipsam auertat: magis tandem Deo gratum, & petenti merito a. 10. & rium fore, cæteris paribus, vt hanc in q.79.a.1. iniuriam Martyr perferre cupiat, quam & 4. si ipsam auersetur. 2.2.q. 19
a.6.

RATIO.

Ad propositam assertionem confirmandam, illud statim argumentum occurrit: si pati pro Christo, gloria i. 2. q. dignum est, quod grauior, crudelior & 114.a.4. terribilior fuerit passio, eò præstantius esse meritū, illustrioremq; Martyrij triumphū. Sed quoniā pati, instrumentum

Quæstio VI.

mentum quidē perfectionis est; non ipsa essentialis perfectio, facilimē dissolui posse videtur, præcedens argumentatio. Neque enim medicina eō prestantior est, quo maior, sed quō magis attemperata sanitati. Verūm,
 1.2.q.55. quia mortis acerbæ perferendæ voluntatem, non secundūm propriam
 a.3. rationem consideramus, sed vt ex-
 2.2.q.27 a.7.&q. cellens quoddam signum est arden-
 124.a.5. tissimæ charitatis, à qua procedit:
 & q.174. a.2. ex eo intelligitur, non esse compa-
 randam eam tolerantiam, cum medici-
 na, sed potius cum corporis viribus,
 quę ex perfecta sanitate proueniunt.

PROPOSITIO III.

Maioris erit plerunque meriti, si Martyris viui caro, ab anthropophagiis, moræ impatientibus, tanquam à feris deuorari incipiat, quam si hanc ille iniuriam, post mortem perpetiatur.

1.2.q.20.

R A T I O.

a.3.&q.4. Non, quod aactus exterior, interio-
 & q.71. ri, essentiali bonitatem, aut mali-
 a.6. tiam

Quæstio VI. 23

tiam addat: sed quia plerunque fit, vt exteriori actione, aut passione exardescat animus, voluntatisque co-natus intendatur. Quanquam, non deest omnino exterior etiam actus talia passuro post mortem: cùm præfertim cædes etiam ipsa, via quædam sit, & præparatio ad deuorationem, atque idem moraliter aactus, iā inchoatus censeri possit. Verūm, vt exterior operatio solet augere voluntatis intensionem, ita etiam, quō magis exte-rius perficitur & consummatur, eō etiam magis voluntatem incendit & inflamat. Quamobrem, ceteris pa-
 ribus, magis diligere & mereri intel-
 ligitur, qui illam tam grauem iniuriā, suis ipse oculis sibi videnti inferri cernit, quam qui inferendā expe-
 stat, postquam fuerit occisus. Atque hæc quidem, de essentiali merito, cui essentiale præmium correspondet, dis-
 putata sunt.

PROPOSITIO III.

Aureolam verò, quæ præmium ac-
 cidentale est, illustriorem conseque-
 tur,

Quæstio VI.

tur, cæteris paribus, qui deuorationis iniuriam pertulerit, siue viuus, siue mortuus, quam qui nihil eiusmodi passus fuerit: quamuis hoc anthropophagia pro Christo perferendæ certamen, vehementer expetuerit & exoptauerit.

R A T I O.

Si sanctos quosdam Confessores, qui Martyres fieri multò ardenter concupierint, quam ipsorum Martyrum nonnulli, aureolam tamen huius triumphi non obtinuisse certum est, quamvis essentiali talis voti propria*2. q. 19.* mio, defraudati non fuerint: manifeste colligitur, in aureola concedenda, exterioris passionis rationem potissimum haberi. Hæc igitur eadem ratio, *p. q. 96.* habebitur, in eiusdem aureolæ dignitate augenda, & exornanda. Quibus enim ex causis vnumquodque existit, eisdem ex causis prestat & excellit.

QVAE

Quæstio VII. 24

Q V A E S T I O VII.

Vtrum, is iustitia officio satisfaciat, qui pro pecunia, quam Indis eripuit, restituit Christianæ doctrinæ prædicationem.

P R O P O S I T I O. I.

Pauperum, pro ignotis dominis successio, non est apud infideles Indos sic necessaria, ut non liceat aliquando debitori, alias restituendæ pecuniae rationes sequi: vel ad Indicæ Reipublicæ utilitatem, vel ad aliud virtutis officium, quod ignotus dominus intendisse credatur.

R A T I O.

Si iure naturali constaret, hæc pauperum pro ignotis dominis substitutio, infideles profectò Indos complesteretur. Verum, cum juris positioni sit, atq; à Summo Pontifice, subditorum

Quæstio VII.

ditorum non apparentium bona, iure optimo distribuente, profecta fuerit: nihil est, quod infideles Indos cōprehendat, qui sunt extra Ecclesiæ potestatem. Neque vero, quod infidelium debitor, Christianus sit, ob eam rem, ad hanc de pauperum successione præferenda legem, se obligatum existimabit: si ipsius legis institutionem, & vim, non tam subiectioni debitoris, quam creditorum inniti considerauerit. Quamobrem, si debitor quidē, es-
set infidelis, incerti vero creditores, essent Christiani, pauperibus Christianis ille, ignotorum pecuniam restituere deberet, hanc Summi Pontificis, pro subditis fidelibus sententiam, & piam dispositionem sequutus.

PROPOSITIO II.

Certo restituendæ pecuniæ domino non inuento, nisi huiusmodi incerta boria alio modo rependendi, lex aliqua iusta, vel rationabilis consuetudo vigeat apud infideles Indos: resti-
tutionis officio satisfaciet, qui talem pecuniam, in necessarium eisdem bar-
baris

Quæstio VII. 25

baris Euangelizantium victimum con-
tulerit.

R A T I O.

Cùm formalis incerti domini voluntas non apparet, interpretatiua eiusdem intentio, quæ proximè accedit ad expressam voluntatem, iure naturali sequenda est. In maximam verò suorum ciuium, vel eiusdem nationis hominum utilitatem, Indicum pecuniam expendi voluisse, est interpretandum. Iustè igitur ea bona, in Christianæ doctrinæ apud Indos prædicationem conferentur: qua nihil utilius illis hominibus exhiberi potest. Quāquam, in hac quidem voluntatis interpretatione, est adhibenda moderatio quædam & distinctio. Nam, si infide-
lis negatiū fuerit, cuius intentionē 2.2. q. 60
a. 4. & q. 100. a. 6.
ignoramus: non imprudenter inter-
pretabimur, sic ipsum suā bona expedi voluisse. Quod, si in statu infidelitatis posituæ, dominus pecuniæ deceserit, huic interpretationi locus non est: cùm ab Euāgelicæ religionis propagatione, se ille, alieno animo esse

D decla-

Quæstio VII.

declarauerit. Reliquum autem erit, vt ad temporalem conciūm vtilitatē, restitucionem conferendam esse intel ligamus.

PROPOSITIO III.

De ignoti domini pecunia, super iorū proposuimus. Notus verò restituendæ pecuniæ dominus, etiam si Euangelicæ prædicationis audiendæ, tam graui necessitate laboraret, vt ei quemuis, cum suo etiam incommodo, & sumptu subuenire oporteret: tamē non esset ille, priuata cuiusquam au toritate cogendus, vt suam pecuniā, in Christianæ doctrinæ prædicatio nem impendi pateretur.

R A T I O.

Nam, tametsi propter Euangelicæ doctrinæ ignoratiā, is peritus sit, prædicatorem tamen accersere, & ale re, ex iustitia quidem non debet, sed solum ex charitate, spirituale bonum diligere. Non est igitur, eo incōsulto, ex furtiu pecunia prædicator conducedus. Ad charitatis enim spiritualia munera

Quæstio VII. 26

munera, nō sunt cuiusquam opes, per priuatam auctoritatem, inuito domi no alienandæ.

PROPOSITIO IIII.

Et, ne pietatis prætextu, locum ali quem iniustitiæ relinquamus, intelligendū est: nō ideo Indorum bona, in prædicationis vsum, aliōqui pium, di stribuere licere, propria priuati homi nis auctoritate: quia, si illa domini re ceperint, ad ebrietatē, flagitia, sacrile gumq; idolorū cultū, ipsa collaturi es se credantur.

R A T I O.

Prohibitum est homini priuato, ne, ob eam causam, cuiusquam bona diripi at. Ergo, nō esteidem concedendū, vt postquam prædatus fuerit, pietatis colore, rem alienam retineat: aut elec mosynis ex latrocino largiendis, benignus & liberalis videri studeat. Huius verò argumentationis vis, et si non vbique certa sit, in ea ta men restituzione, quæ, non prop ter necessitatem retinentis, sed pro pter ipsius expoliati bonum, vel

D 2 omit-

Quæstio VII.

omittitur, vel in aliud tempus differatur, videtur planè necessaria. Nam, vt
 2.2.q. 57 gladius, furioso restituendus non est,
 a.2.&c.q. ita etiam, si commodè fieri poterit, au
 62.a.2. ferendus erit eidem, quousque resipiscat. Verum, his duabus propositionibus, quas proximè disputauimus, obiici quædam possunt: quæ nisi explicentur, afferent imperitis difficultatem. Nam, si furioso gladium eripere oportet, cur non etiam (inquietus) potatori poculum eripiam, flagitioso, incendiua libidiñis, idololatræ, impium sacrificium? Deinde, si ab eo medicus,
 2.2.q. 71 laboris stipendum iustè exigit, quem
 a.4. inuitum & repugnantem inuisit, vt periculofo morbo liberaret: cur non etiam sustentationem, iustitiæ nomine, ab eo exigit prædicator, quem audiire nolentem docuit, & tenebris infidelitatis obcæcatum, Euangeli luce illustrandum curauit? An spiritualia bona, minoris aestimanda sunt, quæam temporalia: vt quod pro his, ab inuitis
 2.2.q. etiam soluitur, pro illis, non nisi à vo
 100. a.3. luntarijs auditoribus, aut post baptis-
 mum iam obligatis exigatur? Hæc au- tem

Quæstio VII.

27

tem obiectio, planè conuinceret, si temporalium bonorum acquisitio, & conseruatio, tam esset in hominis potesta 1.2.q. 66 te, Diuinum auxilium non rei ciētis, a.3.&c.q. quæam est acquisitio & conseruatio bonorum spiritualium. Sed, quoniam in &c.q. 73. temporalibus magis indigemus auxiliis mutuo, quæam ad evitandum peccatum, quod nisi voluntarium sit, pecca a.3.&c.q. tum non est: ob eam rem, quod attinet ad eiusmodi operam præstādam, q.43.a.1. vrgentiūs requisita multis in casibus, &c.q. 71. et si minus utiles, minuscule principa- a.1.&c.q. liter per charitatem intenta cura, no- 73.a.3. bis incumbit, salutem proximorum corporalem tuendi, quæam prouidendi eorundem saluti spirituali. Quocirca, cùm ab aliorum peccatorum executione, neminem per vim remouere debeamus: eum tamen, qui se ipsum, aut quemvis alium interficere, aut lacerare corporaliter vult, repugnantem etiam coercere, & possumus, & debemus: nostrique laboris precipuum valimus exigere, si graueni & diuturnā 2.2.q. 65 operā indigēti, & potenti retribuere a.3.&c.q. præstiterimus.

71.a.4.

D 3 PRO-

Quæstio VII.

PROPOSITIO V.

Verum, in eo etiam casu, quo in corporalem suam perniciem, aut aliorum, Indicus sua bona insumpturus videretur: non esset iusta restitutio, ad alendum Euangeli prædicatorē, inuitu domino, pecuniam conferre.

2.2.q. 62 Sed quousque quidem appareret spes, integrum rei dispositionem domino conseruandi, esset in tuto collocanda pecunia. Quod, si commodior restituendi opportunitas, prudenter expectari non posset: in temporalem eiusdem domini utilitatem aliquam, nemini nocitaram, potius quam in spiritualem, ipsius bona respondi oporteret.

R A T I O:

Qua in assertione, cum alia per spiculē constent, ad hoc tamen ultimum probandum, non inde argumentum sumemus: quia restitutio, cum

2.2.q. 62 aetius iustitiae sit, summam æqualitatem intendentis & spectantis: ut maxime ad identitatem accedit, ita est etiam,

Quæstio VII.

28

etiam maximè iusta. Quare, si idem numero restituere quis posse, non sat is est, reddere idem specie. Quod si, idem specie tradere valeat, non satisfacit, offerendo idem solum genere, & rerum ordine: & multò etiam minus licet, inuito creditore, ordines ipsos rerum commutare. Conuincit quidem hæc ratio, per bona inferioris speciei, generis, & ordinis, non fieri iuste restitucionem: sed per superiora, quæ non modò cquant, sed etiā superaddunt, restituendum non esse, non conuincit. Ex communi igitur hominum æstimatione, est potius argumentandum: qui bonis spiritualibus & æternis, temporalia, & corporalia præferunt: quæ, quoniam sensibus magis percipiuntur, idem magis cognoscuntur, & amantur.

1.p.q. 49
a.3,

D 4 QVAE:

Q V A E S T I O VIII.

S Trum apud Indos, non
intelligentes grauiora &
firmiora argumenta, quæ
ad illorum infidelitatem refellen-
dam, & fidem veram confirman-
dam adhibentur, liceat leuibus &
imbecillis rationibus agere.

P R O P O S I T I O I.

Cùm falsum aliquid afferre, siue
1. 2. q. confirmandæ, siue defendendæ Chri-
tianæ doctrinæ causa, non officio-
2.2. q. 43 sum mendacium sit, sed graue sacrile-
a. 7. & q. gium; tum verò aliquid prorsus du-
113. a. 2. bium, & ex vtraque parte pariter incer-
tum excogitare, pro illa ipsa con-
firmatione, vel defensione, est insig-
gnis imprudentiæ,

R A T I O.

2.2. q. 189 Quàm impium sit, hac in re, princi-
2.9. pia falsa proponere, vel fictis & falla-
cibus

cibus argumentationibus disputare, primæ illius & infinitæ veritatis di-
gnitas & maiestas declarat: quæ pro
suis mysterijs manifestandis, nullius
indiget mendacio: neque si maximè
indigeret, quod omnino impossibile
est, repugnantem & inimicam falsi-
tatem adhiberi vellet. Longè verò
aliud, Deo tribuere videtur, qui dum
Dei partes agit, diuinoque Euangeli-
zandi munere fungitur, aliquid fin-
git & mentitur: quasi is, pro cuius no-
mine pugnat, mendax etiam sit, ta-
libusque figmentis, aut propter impo-
tentiam indigeat, aut propter mali-
tiā deletetur. Sed nihil præterea,
totaliter dubium, & indifferens ad-
ducendum esse, hac ratione conuin-
citur: quia taliter dubia & anceps ar-
gumentatio, neque assensum, neq; dis-
sensum suapte natura generat. Quid
autem magis ridiculum & inane,
quàm, vt dum rem maximi momenti
persuadere vis: tale mediū adhibeas,
quod nō magis suadeat, quàm dissua-
deat? Neque verò otiosum tantum-
modo istud est, sed in Christianam

Quæstio VIII.

doctrinam, valde etiam contumeliosum. Ut enim, cùm in alicuius hominis laudem id adducitur, quod non magis laude, quàm vituperatione dignum appareat: talis commendatio, species quædam est irrisio & contumelia: ita etiam, dedecore & contumelia videtur affici nostra religio, si eo demonstrationis genere prorsus ancipiti & futili commendetur. Atque id quidem, si dubitatio solum queratur. Nam, si determinatus assensus queritur, iam hoc ad fallaciam & deceptionem spectat, ex dubio principio certius aliquid colligentē. Quàm verò sit omne falsitatis genus, in hac materia sacrilegum, satis est, ut existimo, superiori argumentatione conclusum.

PROPOSITIO II.

Non solum abstinentium est, à sophisticis & fallacibus argumentis, sed neque dissimulandum quidem, si quis Indorum, principaliter eiusmodi rationibus, ad Christianam doctrinam suscipiendam moueri videatur.

R A

Quæstio VIII.

30

R A T I O.

Duplex esse potest eiusmodi error, vel talis, vt fidem tollat, formaliter credendi ratione sublata: vel, vt fidē quidem compatiatur, sed ad ipsam tamē expellendam, aditum patefaciat. Quorum vtrunque malum, remedio celeriter indiget: cùm in altero quidem certum exitium sit: in altero vero certū labendi periculum. Si quis igitur in actu exercito credit, non quia Deus Ecclesia proponente reuclat, sed propter quorundam auctoritatem, vel propter quamvis aliam causam: is, cùm re vera infidelis sit, est omnino ad rectam sanamque fidem reducendus. Sin autem, non ita grauis sit error: velut cùm in actu signato, propter putat fidem Christianam, euidenter credibilem, omnibusq; amplectendam manifestè demonstrari: quia Christiani quidā milites, Indos quoq; infideles, armis expugnarunt & subiecerunt: vt viatoribus Deus proprius fuisse, ipsorumq; religionē victoria confirmasse, aliquibus videatur: quisquis hoc arguento, ad probabilitatem fortior-

Questio VIII.

remque deceptionem suspicari inciperent.

R R O P O S I T I O IIII.

1.2.q.10ⁱ Similis impietatis , aut indiscretionis esset , velle Indis infidelibus ,
2.2. q. 1. ex ipsis fidei principijs , euidenter
2.5. sancte doctrinæ credibilitatem demonstrare : aut ex reconditiori sub-
2.2. q. 1. limiorique Philosophia , barbaris il-
2.7. lis , non inaudita solùm & ignota ,
sed ridicula etiam , & minimè intel-
ligibili.

R A T I O.

1.p.q.84 Nam , si recte argumentantem , oportet ex notioribus ad ignorata proce-
2.3. dere , conclusionesque inferre ex eius
3.p.q.55 dem generis principijs : cùm fidei my-
2.5. steria , naturaliter hominibus ineui-
denta sint , & obscura , neque ab Indis recipiantur : illæ verò Philosophiae institutiones , tam longè absint ab corundem barbarorum notitia & imaginatione : quam tandem lucem afferet eiusmodi disputatio , aut quid tandem persuadebit?

PRO

Questio VIII.

24

P R O P O S I T I O V.

His igitur Christianæ doctrinæ confirmandæ modis , artificijsq; inanibus reiectis , sic intelligendū est : neminem 1.2.q.58.
qui mentis compos sit , tam rudi esse 2.4.&q.
& barbaro ingenio , vt capere non pos 65.a.3.
sit , euidentes quasdam de fide creden 2.2.q.45
da persuasiones . 2.5.

R A T I O.

Esset enim ille in desperationis sta-
tu positus , dum viniceret : cùm saluus
esse nō possit , nisi crediderit : credere
verò prudenter non possit , nisi cau-
fas credendi sufficientes habuerit , ido-
neasque credibilitatis rationes perce-
perit .

P R O P O S I T I O VI.

Etsi verò , cuilibet barbaro , euiden-
ter demonstrari possit , hæc ipsa , de
qua loquimur , Christianæ doctrinæ
credibilitas , euidenterque conuinci
falsitas obiectionum : licebit tamē , &
ad confirmandum , & ad refellendum ,
adhibere probabiles argumētationes .
Quanquam , admoneri auditores ope-
tebit

Quæstio VIII.

tebit, non ijs potissimum rationibus innitendum esse, sed multò fortiores & euidentiores alias existere: quas,
1.2.q. 57 cùm viri probi & sapientes intelligat,
1.2.&c.q. barbara tamen & imperita multitudo, vel propter obtusam intelligendi
93.a.6. viam, vel propter auerſi animi prauitatem, non tam facile percipere, aut nō ita libenter auscultare solet.

R A T I O.

Certior est hæc Conclusio, quām sit illa scholastica quæſtio: vtrū opinio, 1.2.q. 67 scientia, & fides se vicissim excludat, a.3. an aliqua ratione simul confistere possint. Quamcumque enim, ea de re sensuientiam sequamur, probabiles tamen rationes in Christianæ fidei confirmatione, fuscipere, complectiā; debemus: nō quod quicquām defit Diuinæ auctoritatis firmitati, sed quodd imbecillam subiecti dispositionem refici multis modis & adiuuari, pium & utile fit. Apud eos vero, qui neque fidem de rebus diuinis acceperunt, neque scientiam de credibilitate consequunti sunt, confert ea probabilitas, tanquam

Quæſtio VIII.

33

tanquam remota quædam inducendæ fidei dispositio. Vt enim, minus longe abest à fide, qui dubitat, quām qui adhæret errori: ita etiam proprius accedit ad credendū, qui opinatur, quām qui dubius est. Atque, si in sola opinione, quæ eiusmodi probabilibus argumentis gignitur, persistendum esset: non tantopere expediret, tali genere argumentationum cum Indis agere, pro confirmatione fidei, que nihil patitur dubium & formidilosum. Sed, quoniam probabilitas illa, vt remotior quædam præparatio sumitur, atque ad certitudinem tandem dirigitur: propterea, quicquid ad fidei confirmationem confert, siue manifestū siue probabile, siue coniunctius, siue distantius, non est id profecto cōtentendum.

PROPOSITIO VII.

Sed, vt hanc disputationem cōcluimus, illud explicandum erit, quod alicui posset videri dubium. Si Indi conuertendi ad fidem, magnoperemo ueantur vita & exemplo Prædicato-

E

tis

Quæstio VIII.

ris: qui vir bonus & integer videtur, cum improbus & impurus sit, an oporteat eam passiuam deceptionem remouere. Minime id quidem: sed generaliter docendum erit, doctrinam Christianam ab Apostolis & viris apostolicis sanctissimis prædicatam fuisse & prædicari: quorum vita credibilem facit ipsam prædicati veritatē.

R A T I O.

Nam, formaliter quidem & per se, verum est hoc medium persuadendæ Christianæ religionis, vita scilicet prædicatorū, omni virtute, morumq;

2.2.q.10. integritate præstans: quamuis in aliquius priuatæ personæ existimatio-
a.2. ne, auditores materialiter & per acci-

1.2.q. 54. dens falli contingat. Error autem ma-
a.2. & q. terialis, nihil obest fidei, quemadmo-
57.a.2. dum neque religioni: vt patet in eo,
cui vōlenti Eucharistiam colere, ho-
stia non consecrata proponitur ad-

2.2.q. 1. aunda: in cuius cultu, materialiter qui-
a.3. dem decipitur, sed formaliter tamēn,
verum actum religionis exercet.

QVAE-

Quæstio IX.

34

Q V E S T I O. IX.

V Trūm, aliquod secreti si-
gillum seruare debeant
Idolorum sacerdotes, ad
fidem Christianam conuersi: qui
ex antiqua Indicē gentis consuetu-
dine & disciplina, spontaneas &
secretas de occultis criminibus cor-
fessiones audiebant.

P R O P O S I T I O. I.

Quāuis illā infidelīū confessionē, pu-
ram fuisse fingannus ab omni supersti-
tione Gētilica: & eo cōsilio factam, vt 3.p.q.84
animi submissiōne, pudorisq; patiētia a.7.
naturę auctorē, placatiōrem redderet:
aperienda tamen ipsa & denuntiāda
esset, si pro Reipublicæ, vel fratriis lē-
siuo incōmodo vitando, criminis au-
diti detectione opus esse videretur.

R A T I O.

In add. 3:

Nihil enim est in tali infidelīū con-
fessione supernaturale, cuius causa 2:

E 2 eius

Quæstio IX.

eius sigillum, inuiolabile censendum
 2.2.q.ii. sit. Naturalis autem ordo, Reipublicæ
 a.4.& q. salutem, priuatæ cuiusvis existima-
 33.a.7.& tioni præfert: & innocentis potius
 q.68.a.i. quām nocituri, rationem haberi vult.
 &q.70. Neque verò, cum ea, dē qta loquimur
 a.i. Gentilica confessione, illa est confes-
 3.p.q.67 renda, quæ inter fideles, cùm deest co-
 a.3. pia sacerdotis, fit nonnunquām apud
 In add.q laicum. Quæ, tametsi Sacramentum
 8.a.2. esse, sine detestabili errore existimari
 non potest: quia tamen, ex desiderio
 2.2.q.7. Sacramentalis confessionis fit, eius-
 a.i. demique imitatio quædam est, & dis-
 In add.q positio, non erit apud quenquam de-
 II.a.3. tegerida.

PROPOSITIO II.

Illius Gentilicæ confessionis secre-
 tum, si recta intentione, conuenien-
 tiique modo fieret: non est improba-
 bilis opinionis, ita fideliter seruari
 oportere, vt neque ex præcepto etiā
 2.2.q.33. superioris, punitionem cogitantis, vel
 a.7.&.q. ipsi, vel cuiquam alteri, effet, à confes-
 70.a.i. fario detegendum.

RA-

Quæstio IX.

35

R A T I O.

Lex seruandi secreti, quod, sine cu-
 iusquam præjudicio, vel incommodo,
 ad remedium, auxilium aut consola-
 tionem committitur: eò debet esse cer-
 tior, & vniuersalior, quò grauior est
 & frequentior necessitas, aut vtilitas
 huius mutui beneficij ab hominibus
 percipiendi. Quod, cùm ad ipsorū ho-
 minum infirmitatem & miseriā sub-
 2.2.q.25 a.6.
 leuandam, leniendam tristitiam, igno-
 rationem, expellendam, fuerit per di-
 auinam prouidentiam, magnopere in-
 digenti, laborantiique naturæ conce-
 sum: vt sufficienter tali necessitatib-
 2.2.q.25 a.6.
 um consultum fuisse videatur, non existi-
 mandum est, hoc esse graue onus ad-
 iunctum, vt sine ullius doli suspicio-
 ne, aut quavis alia speciali obligatio-
 ne, apud iudicē puniturum, tale arca-
 num sit reuelandum. Quis enim non
 videt, hoc timore plures, à rerum oc-
 cultarum syncera communicatione
 fuisse deterrendos? Ex quo fieret, vt
 multa corporis, & animi mala, reme-
 dio carerent, deterioraque existeret:
 que si tutus pateret, prudentis, salu-
 tarisq;

E 3

Quæstio IX.

tarisque consultationis aditus, vel auferrentur omnino, vel redderetur certe leuiora. Quod autem in illa confessione, quam moraliter bonam & superstitionis expertem esse fingimus: nulla seruandi secreti commendatio, vel mentio facta fuerit: non propterea minus fideliter erit seruanda & contegenda. Nam, ex eius confessionis fine, materia, & modo, implita quædam silentij fides & promissio interfuisse colligitur: cum & de occultis sermo fuerit: clamique & obtinendi remedij causa, poenitens criminata patefecerit.

PROPOSITIO III.

Hæc tamen quidem, conditionaliter, & ex suppositione loquuti sumus de confessione Gentilica. At vero confessio, quæ apud Indicos idolorum cultores in usu erat, & fortasse modò etiam est, nulla ferè speciali secreti custodiendi obligatione, quæ ex humanæ fidei vinculo procedat, astrinxit confessarium.

RA:

Quæstio IX.

36

R A T I O.

Impia, superstitionis plenam esse aiunt, Gentilicā illā confessionē. Illud fortasse in primis, Indi cōfidentur & dolent, quod idola negligentiū coluerint: & tota ferè fabula, in dæmonis cultum, & obedientiam refertur. Si quod autem in materia morali peccatum, cōfessi fuerint, haud scio, an eius secreti fidē probabiliter sperent, aut constanter exigāt à suis confessarij: quos medaces & perfidos, atq; ab omni humanitate alienos esse cognoscūt. Etsi verò Gentilici cōfessarij, essent maxime in suo genere veraces, suamque fidem obstrinxissent perpetuo silētio: liberos tamen ipsos redderet, exercitum in tali cōfessione peccatum & prædicata superstitione: vt, & possent, & de berent omnem culpam, iudice præcipiente detegere. Nam, cum de peccati remedio consulere, sit res utilis & necessaria, atq; ob eam rē fideli silentio digna: peccati tamē coadiutores, aut testes & cōscios, nihil ad remedium a. 3. & q. profuturos adhibere, supplicium potius meretur, quam silentij beneficium.

E 4 PRO-

Quæstio IX.

PROPOSITIO III.

Atque, superius quidem proposita & disputata, intelligenda sunt de se-
2.2.q.80 creti vinculo, quod ex fide data pro-
2.1. cedit, veritatisque virtute continetur.
Nam, quod ad alias tacendi obliga-
tiones pertinet, certum est, quatum, uis impia, & sacrilega fuerit illa con-
fessio, plures tamen casus existere: in
2.2.q.33. quibus lex iustitiae, vel charitatis obli-
a.7. get ad ipsius confessionis, rerumque in ea commemoratarum silentium: in
quibusdam quidem, determinatum, in
quibusdam vero, generale & perpe-
tuum.

R A T I O.

2.2.q. 68 Vnum, aut alterum exemplū subij-
a.1. ciam, explicandæ huic assertioni ne-
cessaria. Atque, ut infidelitatis, & id
genus criminum detegendorum ratio-
nem, exactiori sapientium explica-
tioni relinquam. Si nouerit supersti-
tiosus ille confessarius, Gentilicæ ce-
rémoniæ complice, iam emendatū,
a ceteris criminibus, quæ confitèdo
detexerat: tunc quidem tenetur ex
cha-

Quæstio IX.

37

charitate: simulq; etiam ex iustitia fra-
2.2.q.33 trem non prodere: nisi & scelus ali-
a.7. & q. quod, eiusmodi sit, quod ad aliorum 68.a.1. &
exemplum puniri utiliter possit, & 4. & q.
ip̄i accuseri speretur non defutura 157. a.1.
probatio. Quod si à iudice legitimè
procedente, ad testimonium ferendū
accersatur: non omnia illa sce-
lera, quæ audiuit, temerè sibi profun-
dēda esse intelligat: sed ea solum con-
testanda, quæ semiplena probatione, 2.2.q.70
vel æquivalenti cōperint esse nota. 2.1. & 2.
Nam hæc quidem, propterea iure ce-
lare non potest, eti⁹ promiserit, quia
tale pæcatum propter finem turpem,
cūm iniquum fuerit, & præjudiciale
superiori, fuit irritum & inane. Quā
quām, hoc ipsum, si ad ea, quæ charita-
tis, vel iustitiae lege tacere oportet, re
feratur; cūm non fuerit intrinsecè & 2.2.q.68
a.1. formaliter illicitum, non erit inuali-
dum. Ex quo sanè colligitur, eum qui
temerè talia prodiderit, non peccare
solum contra charitatem, & alienæ
famæ tuendæ iustum officium, sed
etiam contrà specialem fidelitatis ob-
ligationem. 2.2.q.70 a.1.

E 5 PRO-

Quæstio IX.

PROPOSITIO V.

Omissis generalibus alijs, de secrèti fide seruanda, proximique fama sancte tuenda regulis, quæ nostræ disputationis non sunt: illud, quod specialem hic difficultatem habet, non prorsus intactum relinquemus: multum interesse in huius ipsius quæstionis, occurrentiumq; circa eam casuum resolutione: vtrum ante baptismum, vel postea, superstitosus ille cōfiteat commiserit peccata, quæ fatetur.

R A T I O.

Nam, cùm duo genera criminum humano iudicio puniendorum, distinguenda sint: alterum circa ciuiles mores, alterum vero circa ipsam religionem, politiamque Christianam: duos item fori sint recognoscendi; Ecclesiasticus, & Regius: in neutro ipsorum puniri iure possunt peccata olim ante baptismum commissa, si ad infidelitatem Regia lege non prohibitam pertineant, neque formalem & directam Christianæ religioni blasphemiam, aut iniuriam intulerint. Quæ vero

Quæstio IX.

38

verò non solum contra politicos mores, sed cum formalii etiam, & expressa Christianæ religionis obtrectatione & contumelia, fuerunt perpetratæ in illo infidelitatis statu, scilicet ante baptismum: poterunt fortasse celari apud forum Ecclesiasticum, directa & ordinaria potestate procedēs: sed nō tamen apud ciuilem iudicem, cuius potestati & sententiaz, non fuit subtracta per baptismum, illorum criminiū punitio & quæstio: tametsi Christianæ benignitatis sit, ea in baptismi gratiam obliuisci, & condonare. Quod si, hoc iudex, aut commode non possit, aut nolit: testi quidem nō licebit, aliquid eorum reticere, quæ iuxta communes leges, à seuero, & nihil remittente prætore, fuerit interrogatus.

Q VAE.

QVAESTIO X.

VM plures Indis grātie, indulta & priuilegia, circa ieunia, festos dies, & alia huiusmodi, fuerint à Summis Pontificibus, benignè concessa: an liceat Indicis Parochis, apud populum talia reticere, & ex communi prorsus iure, cum subditis agere.

PROPOSITIO I.

Non tam latē patet eiusmodi priuilegiorum licentia, quantum indoctiores fortassē sibi persuadent.

R A T I O.

I. 2. q. 96. Nam quod de Ecclesiasticis p̄ceptis Doctores admonent: ijs Ecclesiarum legum latitudinem comprehendendi: hoc ipsum de priuilegijs non

non minūs, sed multō etiam magis sentiendum est. Admonendi sunt igitur Indi: eo priuilegio, quo permittuntur, sextis tantum in Quadragesima férijs ieunare, ab illa Diuina lege exēptos non fieri: qua, non solum comedientes vitare, sed carnem etiam spiritui repugnantem, ieuniis affligere, & ad castitatem constringere iubetur. **I. 2. q. 63.** Poterunt illi quidem, in hoc ieunij genere, quod diuinitus iubetur, Ecclesiasticę abstinentiā dies, formā, & modum non obseruare, si vti suo priuilegio velint: sed omnino tamēn, cū tentationis necessitas vrget, neque remedium aliud suppedit, ieunandū est, & huius afflictionis lacrymis, excitatus ignis extinguendus. Neque **2. 2. q. 147. a. 3.** minūs oportet, Diuini de oratione p̄cepti meminiſſe: à cuius frequētia, non propterē immunes redduntur, quōd, p̄t̄ter Dominicōs dies, & alios per paucos, à festorum obseruatione Ecclesiastico priuilegio liberentur. Quōd verò, hæc orationis & ieunij p̄cepta, quæ affirmatiua sunt, non pro semper suapte natura, obligent

Quæstio X.

gent, non tamien ob eam causam sunt
farò ab Indis adhibenda: cùm non ra-
ra, sed quotidiana ferè humanæ imbe-
cillitatis necessitas, crebrò postulet ta-
lia remedia. De pœnitentiæ autem, &
3.p.q. 80 Eucharistiæ Sacramentis, similiter ex
a. 10. & Diuini præcepti vi & obligatione sus-
cipiendis, cùm necessitas vrget, pru-
denter etiam admonerem: si quod hoc
in genere priuilegium, Indis conces-
sum fuisse, intelligerem. Sed conces-
sionem tamen eiusmodi, nullam vidi:
quanquam consuetudine esse scio in
quibusdam parochijs, vt propter infi-
delitatis suspicionem, à sacra Echar-
istiæ communione Indi repellantur:

PROPOSITIO II.

Hæc igitur ex diuino iure fuerunt
commemoranda. Sed, vt ad humana-
rum legum considerationem descen-
damus. si priuilegium Indicum, suffi-
cienter promulgatum, & ysu etiā re-
cepturn, paulatim in desuetudinem
abire, atque sine vi & fraude cœperit
abrogari: non oportet, vt id Parochus
Indis in memoriam reducat.

R.A-

Quæstio X.

40

R A T I O.

Huius dissimulationis equitas, per- 1.2.q.96.
spicua fit ex mente Legislatoris: qui, a.a.&c.q.
cùm mallet Ecclesiasticam discipli- 97.a.1.&
nam ab Indis exactè seruari, tamē pri 4.
uilegium per dispensationem concep-
sit: ne imbecilles & teneri Indoruani 3.p.q. 68
mi, legum seueritate, & multitudine a.5.
grauius premerentur. Qui, si firmio-
res effecti, communis juris obserua-
tionem complecti cœperint, nō opus
est, vt importunis Parochi monitio-
nibus, optimus ille conatus infringar-
tur. Quod si, ex erronea conscientia,
quidā sibi offenditionē pararēt, & legis
trāsgressores fierēt: iij, nō propterea in
tali errore & peccato, à Parocco per
iniuriā deserī, benignaq; sedis Aposto-
lice cōcessione per indiscretū silentiū
priuari censerentur. Nā, vt in legibus 1.2.q.96.
condēdis & promulgandis, multitudi a.1.&. 6.
nis potiū ratio habēda est, quam pau &.q. 102
corum: sic etiam in illis iphis referen- a.6.
dis in memoriam. Nō oportet igitur, pri 1.2.q. 20
uilegiū exponere ex eius ignoratio- a.5.
ne peccatiib; si multo pauciores sunt: 2.2.q. 87
cùm presertim, animi preparationem a.1.
ipſi

Quesitio X.

ipſi gerere debeant, ad legem integrę seruandam: & paulo post, priuilegio prorsus abrogato, re ipſa expletū ſint eam obſeruationem, quam amīmo præparauerint.

PROPOSITIO III.

Dum res in eo statu fuerit, vt non frequens appareat uſus priuilegiij, cōmune ius non obſeruantes, neq; peccant, niſi forte ob ſuæ exemptionis ignorantiam, neque puniri poſſunt. Sed, ſi puniri iam dudum cœperint, Principe ſciente, remque per filētium comprobante: priuilegium Indorum aboliſum exiſtimari debet, reuocataque diſpenſatione, lex communis ſtabilita.

R A T I O.

Intelligendum eſt, plus requiri, vt conſuetudo vim legis obtineat, quam ut legem aboleat. Nam, & libertatis ius fauorabilius eſt, quam ſubiectio- nis, & diſſicilius eſt rem conſtituere & cōfirmare, quam debilitare & euertere. Quātuis igitur, ad legem abro- gandam,

Quesitio XI.

gandam, diſſimulata ſolūm transgresſionum conſuetudo fit ſatis: tamen, a. 3. &c. q. vt priuilegium irritum ſiat, legiſque 90. a. 4. communis inducatur obligatio, opus eſt punitione, voluntatem Legiſlato- riſ poſitiue declarante.

Q V A E S T I O XI.

 *N*Indi doctrinā Chriſtianam ignorantes, for- maliter blaſphemii cen- ſendi ſint: ſi ideò Iefum Christum, cōtumeliosi verbiſ infectentur, quod ipsum, auaricie, crudelitatisque au- ctorem Christianis quibusdam mi- litibus fuſſe exiſtimant.

PROPOSITIO I.

Formalis eſt omnino eorum infide- lium blaſphemia, qui, cum fidei my- steria, conuenienter ad credendū pro- poſita, nō receperint: tūm vero Iefumi

F Chriſ-

Quæstio XI.

Christum ipsum, eiusque religionem
tractant contumeliosè.

R A T I O.

3.p.q.47 Quemadmodum enim, qui Christi
a.5.&.10 crucifigēdi Principes & Autores fue-
runt, quoniam ex affectata ignoran-
1.2.q.76 tia, quæ culpæ grauitatem non mi-
2.4. nuerit, id facinus perpetrarunt, non ho-
2 . 2 . q . micide solūm, sed formales etiam Dei
156. a. 3 . crucifixores fuisse cōfentur: ita etiam,
&.q. 158 qui ex simili ignorantia, cùm infide-
a.7. les sint, Iesum Christum blasphemāt,
non detrātores solūm sunt & contu-
meliosi, sed formaliter etiam & dire-
ctè aduersus Deum blasphemi.

P R O P O S I T I O II.

Diuersa est corum infidelium ra-
tio, qui, cùm Iesu Christi doctrinam,
neque sufficienter audiuerint, neque
odio pertinaci repulerint: quem igno-
rantatamen, temerè blasphemānt. His
verò, non quidem formalis, sed virtua-
lis & interpretatiua quodāmodò bla-
phemiae culpa tribuitur.

R A-

Quæstio XI.

42

R A T I O.

Vt ex eadem Christum crucifigen-
tium similitudine, argumētuī sumā 3.p.q.47.
mus: Quemadmodum Iudeorum ple-
a.10. bēm, tametsi in Iesu Christi cædem
consenserit: quia tamen ex ignoran-
tia, crassiore illa quidem & valde cul-
pabili, sed non tamen affectata & 1.2.q.76
prositus malitiosa, suis Principibus; a.4.
suffragium tulit: proptereà non qui-
dem formaliter, sed interpretatiue
solūm, de crucifigendo Deo eam im-
peritam multitudinem cogitasse col-
ligitur: ita etiam eos Indos; non for-
maliter, sed indirectè blasphemos es-
se interpretamur: qui cùm nihil qui-
dem satis compertum habeāt de Chri-
stiana religione; cùmq; diligenter in-
quirere, & ab omni interīm iniuria
abstinere deberet: temerè tamē & in-
1.2.q.17. consultò impia nefariaq; maledicta in a.6.
Christianī nōminis sanctitatē effun-
dunt. Quia verò, quæ per acciden̄s & 2.2.q.39
præter intentionem fiunt, ea rei spe-
a.1.&.q.
xiem non constituant: videbitur for-
150. a. 2.
tassè alicui, hos, de quibus loquimur,
infios & ignorātes Indos, nō esse pro-
F 2 priē

Quæstio XI.

priè blasphemos. Sed intelligendum est, non omnino per accidens & præter intentionē euenire, quod ad conversionem ipsam pertinet, & in obiecti rationem suapte natura trāfit. Nā, r.p.q.48 a.1. 2 . 2 . q. 150. a.4. cūm ex obiecto species actus sumēda sit, si ignorantia tanta non est, vt omnem obiecti formalem rationem tollat: neque speciem quident ipsam, putandum est prorsus fuisse sublatam. Nequè verò eadem ratio inferri potest de averseione à lege Diuina, neq; a.1. & 5. de reatu & obligatione ad poenā: quę, quoniam non solum, præter operantis intentionem existunt, sed à conversione etiam in obiectum sunt separata, nouam peccati speciem non afferunt, etiam si interpretatiū sint volita.

R R O P O S I T I O III.

2 . 2 . q. 53. a.2. Duobus blasphemantium gradibus propositis, vt de materiali & inculpabili blasphemia, tertio loco, aliquid ex suppositione, nihil de facto ipso assertentes dicamus, intelligendum est: eos

Indos

Quæstio XI. 43

Indos, neque formaliter, neque virtualiter, neque directè, neque indirectè blasphemos esse iudicando: siqui, cūm illud solum de Iesu Christo au- 1.2.q.19. diuerint à nostris obtrectatoribus, ip- a.5. &.6. sum esse crudelium & sceleratum ho- minum Principē atque Duce: hanc autem infamem existimationem, ex inuincibili ignorantia cōceptam (per 1.2. q.89 hypothesin enim loquimur) animis a.5. fixerint, contumeliosas in ipsum 2.2.q.10. Christum voces iactant, omniq; con- a.3.&q. q. uitiorum genere, gloria Regem inse- 34. a.2. stantur.

R A T I O.

Nam, cūm apud tales Indos, Iesu Christi nomen æquiuocum fieri, scelerumque suaforem ex inuincibili errore significare supponatur, gratia disputationis: omnia in Iesu Christi nomen illata conuitia, non in aucto- rem vitæ, verum Deum & hominem, quem Christiani colimus, & adora- mus, referuntur: sed in dæmonem po- 3. p.q. 8. tiūs, qui est crudelitatis & flagitio- a.7. rum

F 3 rum

Quæstio XII.

rum magister, iniquorumque & homicidarum Dux & infelix Imperator.

QVAESTIO XII.

 *N* Indorum Reguli, siue præfecti, quos Caziques aut Kuracas vocant, si populum ad ebrietatem congregant & inuitant, ea restituere & recom pensare debeant, quæ Indi ebrii com miserint contra iustitiam.

PROPOSITIO I.

Regulus hac in re, neque iniustus, neque à charitate alienus iudicabitur, si duæ conditiones concurrant: altera quidem, ut id conuiuium ad populum exhilarandum, ciuiumque inter se benevolentiam conciliandam necessarium iudicetur à viris prudentibus, secundum particulares circumstan tias,

Quæstio XII. 44

tias; quæ huius disputationis non sunt. Altera verò, ut mediocrem probabilemque diligentiam, ipse Regulus adhibeat, ne per ebrietatem & intemperatiā, graues offenditores existant. His duobus feruatis, si aut vulnus aliquod inflictum fuerit, aut flagitiū perpetratum, aut alia eiusmodi iniuria subsequuta: minimè id quidem Indarcho vertendum erit in culam.

R A T I O.

Propter incommoda, quæ per accidētēs & ex materiae necessitate proue a.6.&q. niunt, non esse honestas per se actio nes reprehendendas, aut res utiles 2.2.q. recusandas, sapienter docent Theo logi. Neque enim artifex gladij reprehenditur, aut gladius ipse reiicitur, quod rubiginē cōtrahat. Neq; natura 1.2.q.79. lis pulchritudinis auctor Deus, per im pietatem arguenđus est, quod fœminā efformauerit: quæ sua specie, perditos homines incitat ad libidinē. Ad hoc verò genus pertinet, ea conuiuij celebratio: quam honestis ex causis, ad

F 4 refi-

Quæstio XII.

reficiendos & recreandos ciuium animos, institui debere supponimus.

PROPOSITIO II.

De conuiuijs iusta ex causa initis, superiorē assertiōē proposuimus. Sed, quoniam dissolutiores fortassis & intempestiuiores compotationes, apud quosdam Indorū populos sūt, potest esse quæstio: ytrū, cum vitæ periculo Regulus, tales congregatiōnes prohibere & impedire teneatur. Sic igitur respondeo: cūm is pro suæ Reipublicæ salute defendenda & conservanda, debeat, si opus sit, vitam ipsam exponere: idque non ex charitate solum, sed etiam ex iustitia: pro illic tamen compotationibus & ebrietatibus prohibendis, durum esse, ad vitæ periculum obeundum, passim eum compellere: non modò cum pacifice conuiua fiunt, sed etiam si iurgia excitantur, & hominum præterea cædes, ex occasione intemperatiæ subtriantur.

R A T I O.

Si firmum & diuturnum huius mali reme-

Quæstio XII.

45

remedium, expectari prudenter posset ex industria & diligentia Reguli, cum graui etiam eiusdem periculo coniuncta: hīc vrgere videretur ille necessitatis casus, suam salutem publico bono postponendi. Si verò aut nihil, aut parum profici posse intelligatur: neque spes probabilis apparet, ei, qui quorundam Indorum mores nouerit, fore, vt nīsi per grauem vim & militaris præsidij terrorem, ab inueterata intemperantiā compontandi consuetudine, barbari coercentur: considerandum est in tali casu, aliquam omnino proportionem, inter detrimentum Reipublicæ, & salutem gubernatoris requiri: vt non pro quoquis publico incommodo, neque cum quoquis tenet spe, quoduis periculum suscipiendum sit. Impedire præterea, quia posituum quoddam est, non semper exequendum esse, sed opportuno tempore, multisque alijs concurrentibus circumstantijs. Neque illa etiam consideratio prætermittenda, plus interesse Reipublicæ, ipsius Reguli vitam, si sobrie & prudenter

F 5

Quæstio XII.

denter is viuat, quām cuiusuis hominis priuati: cū p̄fertim, occiso p̄fecto, Indi multò fortasse intemperantiū & pernicioſiū, sint in his ipſis compotationibus debacchaturi.

PROPOSITIO III.

Vt hunc Indorum p̄fectum, talium conuiuiorum cauſa, censeamus obligatum ad restitutionem: quem admodum non est necesse, ipsum aut ^{1.2.q.74} ebrietatis, aut vulneris, aut cuiusuis a.7. & q. iniuriæ auctorem, vel coadiutorem ^{77. a. 2.} extitisse: ita etiam non est satis, admi & q. 88. fuisse valde leuem culpam aliquam, in a.5. permittenda compotatione, quæ prohibenda fuisset: aut admisso iustas ob causas conuiuio, posteā per veniale aliquam negligentiam, p̄termisifse necessaria ebrietatis & decertationū remedia.

R A T I O.

Nam, in officio, quod alieni magis, ^{1. 2. q.} quām proprij commodi cauſa suscipitur, nemo est propter leuorem culpā, obligandus ad restitutionem. Cūm igitur propter publicum bonum Indar-

chus,

Quæstio XII. 46

chus, illam administrationem gerat, & in conuiuij celebratione quārat honestam ciuium oblationem: non erit propter exiguum delictum, iniungenda magni damni recompensatio.

PROPOSITIO IIII.

An verò propter grauem culpam ^{1.2.q.71.} exigenda sit, dubitandum non est: cū a.5. propter officij obligationē, nihil desit ^{2.2.q.64} in omissione tā culpabili, ad integrā ^{a.7.} & consummatam iniustitiam, quam restituendi obligatio, suapte natura consequitur. Hoc igitur absolute sum ^{2.2.q.64} ptum, tam perspicue constat, vt neq; ^{a.8.} speciali assertione, neque demonstratiōne indigeat. Sed illa tamen excusatio fortassis probabilis apparebit, si eorum conuiuarum & compotatorū vnuſquisque, suo iuri cessisse, accepti que vulneris & cuiusuis iniuriæ laſionem, sua sponte cōdonasse videatur. Respondendum autem est, non propter Regulum ab iniustitia, neque à restituendi obligatione totaliter liberum fieri: vt omittamus illud peccatum, quod aperte comisit contra charitatem.

R A.

Questio XII.

R A T I O.

Nam Respublica quidem, quæ est rationabiliter inuita, & cuius iniuriā, nemo priuatus condonare potest, iure exiget à Regulo, non solum crimi-
f.2.q.21. nis pœnas, sed illati præterea dam-
2.3. & q. ni in ciuitatis membra, satisfactionē.
96.a.5. & Atque etiam si non exegerit, ei tamē
3.p.q.46 ipse Regulus in conscientia satisfac-
a.2. re debebit, prudentium arbitrium se-
 quutus: nisi publico liberoq[ue] con-
 sensu, fuerit ipsi recompenſatio con-
 donata. Hæc verò, quæ de Regulorū
 diligentia disputauimus, iusta quidē
 esse videntur, ex ſuppositione officij
 obligatorij. Sed aduertere tamē oportet,
 alios quoſdam his ipſis præfeciſis,
 adiunctos fuſſe à Christianis Princi-
 pibus, aut ſuper impositos magistra-
 tus: qui, vt partem vecigalium, ita
 etiam partem oneris capiunt ab In-
 darchis, quos Caziques vocant. Qua-
 propter, ſui quifq[ue] officij in caſu pro-
 posito obligationem conſideret: vt in-
 telligere poſſit, & quæ fuerit omissio-
 nis negligentia, & quæ remanet re-
 ſtituendi neceſſitas.

Q V A E-

Questio XIII.

47

Q V A E S T I O XIII.

V Trùm, ab Indicis medi-
 cis, qui Magicis ſuperſti-
 tionibus pharmaca confi-
 ciunt, medicinā accipere liceat.

P R O P O S I T I O I.

Non modò impium eſt, inito cum
 dæmonibus expreſſo & formali pa-
 tho, ſuperſtioſis pharmacis vti: fed, 2.2.q.95.
 vel aliquam omnino dæmonis operā, a.2.
 circa ipsam medicinam libenter ad-
 mittere.

R A T I O.

Quibus ex cauſis, formale cum dæ-
2.2.q.25 monē paſtum prohibetur, id eſt, quia a. 11. &
 incorrigibiles cum Deo inimicitias q.103. a.
 gerit, &c, quia fraudulentus eſt, & hu-
 mano generi pernicioſus: eisdem ex
 cauſis, virtualis cum eodem ſocietas,
 prohibita eſſe cenſetur. Virtualem au-
2.2.q.90 tem ſocietatem, in dæmonis ope li-
 benter

Quæstio XIII.

benter admittenda contineri, ex eo intelligitur: quia beneficentiae actus procedit ex amicitia, cum qua colligatus est, & suapte natura cōiunctus. Quare, qui munusculum apparentis beneficij per dæmonem procurati, non detestatur & repellit, eiusdem maligni spiritus amicitiam, virtualliter & interpretatiue complectitur.

PROPOSITIO II.

Medicamentum aliōqui salutare, non propterea necessario rei ciēdum est, à leuiter etiam indigente: quia in simplicium compositione, & applicatione dæmonis opera præcesserit, si iam cessasse intelligatur.

R A T. I O.

1.2. q. 65 Omnis cum dæmonе societas, siue formalis illa sit, siue interpretatiua, 2.5. 2.2. q. 25 dæmonis voluntati & consensui nititur. Inuito autem & repugnante dia- bolo, potest aliquis antidotum natu- rale, diabolica industria & opera iam confeatum adhibere. Nullam ergo

pro-

Quæstio XIII.

48

propterea cum dæmonе societatem iniuisse, censendus erit. Et quidem, cūm in his pharmacis, salutaris me- dendi virtus, per naturam insita, sit à 1.p.q. 20 Magica superstitione, diabolique ar- a.2. tificio distincta: fas erit ægroti, cūm hoc respuerit & detestatus fuerit, ta- men illud naturale donum recipere & exoptare. Etenim, vt violenta in diabolum relatio, dedicatioque ne- faria, naturalem rei virtutem auferre non potuit: ita neque legitimum qui 1.p.q. 19 dem usum abstulit, in quem eiusmo- a.4. di virtus fuit naturaliter instituta. Hæc igitur proposita sunt de phar- maco, à dæmonis importunitate iam libero.

PROPOSITIO III.

Sed illi etiam huius quæstionis par- ti, quæ fortassè difficilior apparebit, respondendum erit: si dæmonis ope- ra & molesta circa medicamentum di- ligentia, non prorsus quieuisse intelli- gatur, sed vheemens suspicio sit, fo- re, vt aliquid præterea circa ægroti va- letudinem, medio pharmaco dæmon, effi-

Quæstio XIII.

efficere cœnetur: an sit ob eam causam, tale antidotum abiiciendum. Et, ne quia difficultatis intactum remaneat, fingamus ægrotum, non extrema quidem, sed graui solummodo talis medicinæ necessitate laborare: eundemque, qui eiusmodi Indicos medicos accersere, ipsorumque remedijs vti consueuerit: cum ad prohibēdam dæmonis operam, aqua benedicta,
 1.p.q.111 alij s̄que Ecclesiasticis exorcismis suis
 a. i. fuerit: tamen id consequuntur nō fuis
 3.p.q.49 se, quin aliquam in corpore immunitationem, dæmonis propriam, atq; à naturali & ordinaria illius medicinæ efficacia diuersam, persenserit. Itaque, nūc idem probabiliter timere, tametsi id pharmacum sumere cupiat: & quia utile est suapte natura: & quia ergo grauiter indiget infirmis, ad communio diorem valetudinis curationem. Huic quæstioni respondeo, si non obsint contingentes aliæ circumstantiæ, nullam hīc apparere dæmonis societatē, dum necessitas urget. Itaque in tali casu, eo medicamento cautè vti licere.

RA.

Quæstio XIII.

R A T I O.

Hoc apparebit facile, si consideremus, cum inuoluntario nullam amicitiam & societatem coëxisteret vel permanere posse. Iam verò, non esse hic directe voluntarium ægrotum satis constat. Indirectæ autem & interpretationiæ voluntatis suspicio tollitur: quia tametsi vitare possit eam importunitatem, tamē nulla ratione, cum a. i. magno suo incômodo, id debere convinclit. Ut enim, huic ipsi molestus & importunus est dæmon, non vocatus, sed potius repulsus & reiectus: sic etiam molestè vexare solet aliquos homines dormientes: qui non propterè necessaria corporis, quiete & temperata sustentatione carere iubentur: tametsi illius impurissimi spiritus 2. 2. q. infidias nouerint: qui & somno, & cibis 154. a. 5. bo, & ipsa facientis corporis dispositione ad humores commouendos, libi a. 7. dinemque incitandam abutatur. Verum, vt ab hac ipsa similitudine non discedamus: quemadmodum is, qui turpes dum dormit, illusiones patitur, in culpa effetnisti se ipsum signo crucis

G

cis

Quæstio XIII.

2.2. q. cīs & oratione , contrā importunum
154. a. 5. hostem insidiantem p̄t̄ muniret: ita
3.p.q. 65 etiam, aliquam in medicamentis dia-
a. 1. boli operationem experto, exorcis-
mīs aliquis necessariō est adhibēdus,
veluti crucis signatio, vel aquā bene-
dictæ inspersio : neque hoc dæmonis
expellendi, medicamentique expian-
di remedium, ab ægrotō p̄t̄ermitten-
dum est: quanuis experimēto didi-
cerit, s̄pē dæmonem, Deo p̄mitte-
te, his expiationibus restitisse: p̄t̄-
tutique cum venefico paeti memorē,
specialem in corpore immutationē,
p̄t̄er naturalem medicamenti virtu-
tem excitasse. Nam quòd exorcismis
Deus, suam virtutem, non sic alliga-
uerit, vt infallibilem efficaciam indi-
derit, ad expellendos coercendosque
totaliter dæmones: nō propterea pius
illorum usus est negligendus, cūm gra-
uis p̄s̄ertim infestatio vrget . Ete-
nīm, si hunc fortē exteriorem effectū
non p̄st̄terint, vt diabolū exteriūs
impugnantem reprimant & impe-
diant: illū tamen effectū, nisi homi-
nis ipsius nequitia obſtiterit, infallibi-
liliter

Quæstio XIII.

56
biliter p̄st̄abunt, vt eos adhibentis 3.p.q. 47
ánimum, aduersū interiorem impu- a. 2. & q.
gnationem, firmiorem efficiant. Hæc 71.a. 2.
igitur, de illius medicamenti usu pro-
poni potuerunt, nudum ferè ipsum
objecūt, seclusis Indicis circumstan-
tijs consideranti. Quia verò, quædam
concurrunt, in eorum veneficorū me-
dicinis, quæ ipsas & inutiles & abo-
minabiles reddunt: sequentem asser-
tionem proponere possumus: quam
ex frequentium circumstantiarū con-
sideratione colligimus.

PROPOSITIO IIII.

Nullus est ferè licitus usus eorū me-
dicamentorum, quæ Indi venefici,
quos HambiKamayoc vocant, adhi-
bent ægrotis:

R A T I O.

i.p.q. 64
Ea est dæmonis astutia, cūm acer-a.2. & q.
bissimo erga humanum genus odio 115. a. 5
coniuncta, vt, cūm maximē aliqua in 1.2.q. 89
re iuuare velle videtur, tūc maximē a.4. & q.
noceat, & pro auxilio ingentē perni- 80.a.1. &
ciem afferat. Qua propter, illa Indorū 2.

Questio XIII.

pharmaca, dæmonis artificio confessa, & animæ & corpori sunt valde perniciosa. Nam, cùm ipsi ægroti, parum sint in charitate constantes, integræ verò valetudinis consequenda, valde cupidi: facile ab eisdem formulis, aut interpretatiuus in dæmonis cultum, aut detestabilem societatem consensu elicetur. Itaq; prius animæ moribus inducitur, quæm corpori salus acquiratur. Quanquam, & ipsi etiā corpori verisimile sit, raro prodesse tales medicinas, sed eos potius interficeret, qui, si naturæ fuissent relikti, superuituri essent: aut noxios humores generare, qui & imbecillam corpus reddant: & simul etiam, ad obscenitatē, desidiam, socordiam, desperationem, homines afficiant. Indorum certè nō paucos, in hac vitia propensiōres esse aiunt, & in ipso adolescentiæ, vel iuuentutis flore plarunque interire. Quod, cùm quidam immodicis laboribus tribuant, si quos illi præfectorū feneritate alicubi coguntur fastigere: tamen non minus intemperantiæ, & huic fortasse medicamentorū inopie,

i.p.q.83.

a.1.

i.2.q.78

a.3.

2.2.q.35.

a.1.

aiunt, & in ipso adolescentiæ, vel iuuentutis flore plarunque interire.

Quod, cùm quidam immodicis laboribus tribuant, si quos illi præfectorū feneritate alicubi coguntur fastigere: tamen non minus intemperantiæ, & huic fortasse medicamentorū inopie,

Questio XIII.

si

pix, vel corruptioni, videtur esse trahendum. Nesciunt enim vti simplicium, quæ in illis locis nascuntur, excellenti, vt afferunt periti, virtute & efficacia. Et, quoniam in hunc locum incidimus, non erit absurdum id referre, quod cum magna diuinæ sapientiæ, immensæque potestatis admiratione, in regionibus Indicis obseruari. Cùm innumerabiles illic sint, pulcherrimæque & valde inter se distinctæ, herbarum & florum species, arborumque, & pomorum formæ: vix tamen ullam inueniri, quæ cum huius orbis cognitis plantis, habeat integrâ similitudinem. De antiquis, & illarum terrarū nativis loquor. Nam, hoc quidem saeculo, multæ ex nostris sunt illuc translatae, indiesque plures transferuntur. Hujc obseruationi, potest accedere alia, valde etiā admirabilis: cùm illarum regionum plurimi flores, varia & excellenti pulchritudine oculos oblectent: tamen à nullo ferè, ita suauem odorem expirari, vt sine aliqua offensione, & fastidio percipiatur. Quanquam, huius quidem odoratus

G 3 oblect-

Quæstio XIII.

oblectationi, ingentem illic cuiusdam balsami vim natura procreauit. Sed his, quæ naturalis historiæ sunt, in Dei laudem breuiter commemoratis, ad Theologicam disputationem revertamur.

PROPOSITIO V.

Quod igitur h̄ic interrogari posset: an liceat ægroto de sanitate gaudere, quam dæmonis opera & industria fuerit consequitus, facile expli-
catur. Neque enim, tunc solum gaudere poterit, cùm dæmonis operam ipse recusauerit, & detestatus fuerit: sed etiam si exoptauerit & expetiu-
e. p. q. 83. rit, cùm de causa doleat, tamen de esse
a. 9. etu, id est, de sanitate poterit capere lætitiam,

R A T I O.

2.2.q. 38 Antecedentia enim & consequen-
a. 1. tia, causas & effectus, ut intellectus di-
stinguere, ita etiam voluntas separati-
m, & velle & nolle potest. Quocir-
cā, cùm adulter licet nequeat, de com-
misso flagitio cum animi delestatio-
ne

Quæstio XIII.

52
ne meminisse: tamen non prohibetur ei, ne filium sibi natum fuisse gau-
deat, & ex turpi causa pulchrum esse
etum extitisse congratuletur.

Q V A E S T I O X I I I .

Indicus Catechumenus,
qui cùm ad morum pro-
bationem, diu expectatus
fuerit ab Ecclesia, nunquam tamen
dignam homine Christiano vitam
instituit: baptizandus ne sit, cùm
primū breuem aliquam pænitenti-
æ significationem ostenderit: quā-
uis in veterem peccandi consuetu-
dinem, statim relapsurus fore cre-
datur.

PROPOSITIO I.

Etiam si Catechumenus, dū se præ-
parat ad baptismum, interdum ex-

G 4 hu-

Quæstio XIII.

humana fragilitate, incidat in peccata mortalia, idque publicè sine scandalo constet: si tamen non valde frequenter, neque valde grauiter delinquit, non est tanquam fictus & impoenitens repellendus: sed censeri poterit de vita mutatione seriò cogitare, & de suis peccatis aliquatenus dolere.

1.2.q. 86
a.2.&q.

R A T I O.

Cum euidenti peccati macula, si cœplacentia non oblit, esse catechumenum ad salutarem ablutionem admitendum: ex ipsius Sacramenti natura colligitur: quod, cum vita generatio nisi habeat, ex non viuente viuū, pro pria virtute producit. Quamobrem, Theologi, accedenti cum attritione sola, quæ propter doloris imperfectio nem, peccatum mortale non exceptum, baptismum concedendum esse definiunt. Quod si, hoc ferendum est in catechumeno: quæ hinc necessariò deueniunt, erunt etiam toleranda: ut idem scilicet, gratia destitutus, non diu absque peccatis mortalibus persistat.

Nam,

Quæstio XIV. 53

Nam, cum singula peccata mortalia, is, qui gratia caret, vitare possit, ob eamque rem libere peccare cœseatur: tamen ad omnia vitanda, opus est inherentis gratiæ firmo & salutari præsidio.

PROPOSITIO II.

Catechumeno, frequentius committenti crimina grauiora, si hoc publicè constet, baptismus conferendus non est: quo usque ille mores aliquatenus mutasse, & in vitiorum emenda aliquid profecisse videatur.

R A T I O.

Ex ipsa enim peccandi consuetudine, scelerumque grauitate, nō solum permanentis peccati macula colligitur, sed habitualis etiam & asiduae complacentiæ sufficiens cognitio habetur. Vnde in ipsius etiam baptismi susceptione, actualis condelectatio peccati, interfutura timetur rationabiliter. Cum verò talis complacencia, baptismali gratiæ obicem opponat, dissimulari in catechumeno, fine

G 5 graui

Quæstio XIII.

3.p.q.68 graui sacrilegio non potest: neque id
 2.4.& 8. solum cum actu existit, sed etiam cum
 &c.q.69. virtualiter manet. Si solus autem per
 2.3.& 9. uersus habitus supereisset, non impedi-
 dret is quidem, baptismi gratiam:
 sed quia veram hominis male habitua-
 ti displicantiam, verumque emenda-
 2.2. q. tionis propositum diiudicare diffici-
 189.a.10. le est: propterea, res præcipitur diffe-
 3.p.q.68 renda & maturo consilio examinan-
 2.3. da.

PROPOSITIO III.

2.2.q.67 Hæc vero examinatio, ita exacta
 2.2. esse debet, ut etiam si priuatim coper-
 tum sit sacerdoti, catechumenum iam
 resipuisse, remouisseq; baptismalis gra-
 tia impedimenta: cum constanti tamē
 3.p.q.80 & certa infamia notorij peccati, tali
 2.6. ter criminosus, non sit ad baptismum
 admittendus, sed ad publicam & fir-
 miorem emendatione exhortandus.

R A T I O.

Nam, cum talibus peccatis non mo-
 dò Deū offenderit, sed simul etiam Ec-
 clesiæ scandalū obiecerit; vt de Diui-
 na offensione dolere debet, ita etiam
 inter-

Quæstio XIII.

54

integræ sibi existimatione concilia-
 re apud Ecclesiā. Quæ, cum neque oc-
 cultam peccatorū pœnitentiam per-
 spiciat, neque per insufficientia indi-
 cia de opinione deduci, sententiamq;
 mutare debeat: equissimo iure publi-
 cam, & aliquandiu perseverantē emeti-
 dationem postulat.

PROPOSITIO IIII.

Contra vero, si catechumenus ipse,
 cum occultus peccator sit, post consti-
 tutam ab Ecclesia probationem, op-
 portuno tempore baptismum petat:
 non est à sacerdote illius peccati con-
 scio, violenta recusatione repellendus.

R A T I O.

Si sacerdos, se non priuatam in sacra
 mentorū administratione, sed publicā
 Ecclesiæ personam agere intellexerit: 2.2.q.67
 facile sibi persuadebit, nō priuatā, sed 2.2.
 publicam Ecclesiæ scientiam & cogni- 3.p.q.80
 tionem sibi sequendā esse: neq; quen- 2.6.&q.q.
 quam, ob occulta pectata, vllijs sacra 81. a.2.
 mēti perceptione palā & infamatoriè
 priuandū. Cū vero publici peccatores 2.2.q.67
 repellendi sint, tanien cauendū est, ne a.2.
 facile quisquam talis censeatur. Indi 3.p.q.67
 igitur a.2.

Quaestio XIV.

igitur non sunt rei ciendi, neq; quod obscuriori quadam infidelitatis & fictionis infamia laborent: neque quod indicia quædam probabilia impiaæ superstitionis appareant: neque quod verisimile sit, aut etiam certum, testes non defuturos, ad eorum improbitatem conuincendā. Quanvis enim ad inquirendum iudicialeiter multūm hæc omnia referant: tamen dum crimina satis perspicua & comperta nō sunt, sed aliqua tergiuersatione dissimilari possunt, iniuria fieret ejusmodi peccatori, si nondum cōuictus, neque damnatus, à sacramentis publi- cè repelleretur.

PROPOSITIO V.

3.p.q.8o Occultus verò peccator, nisi mortis periculum vrgeat, erit à sacerdote sceleris, aut flagitiij conscio, priuatim admonendus, atque etiam, si opus sit paterno præcepto constringendus: ne ad baptismum accedat, quoniamque prauam peccati consuetudinem abiecerit & emendauerit,

R.A.

Quaestio XV.

R A T I O.

Verendum est enim, ne hic ipse catchumenus, quamuis sibi tunc temporis ex animo poenitēte videatur, latenter tamē fictionem afferat. Cuius magnum arguimētum esse potest, remissio & negligentia in procuranda commodiōri præparatione, pecatiq; consuetudine corrīgenda.

QVAESTIO XV.

Si Indicus Parochus, omnem spem abiecerit de Indorum salute, an sit ab eo Parochia, necessariò renuntianda.

PROPOSITIO I.

Quoniam hæc desperatio, nō solum 2.2.q.14 ex incapacitatis Indorum existimata, 3.3.8. q. tione falsa, sed ex propriæ etiam in- 18. a.2. sufficientiæ cognitione procedere posset: ideo presupponendum est, cum

Quæstio XV.

eum prædicatorem sufficientem esse
1.2. q. 68 ad Indos conuertendos; qui cum con-
a.2. sueto in eo genere Dei concursu, mu-
nus hoc prædicationis & Parochizæ,
vtiliter apud illos præstare valet:

R A T I O.

Ignem, nemō insufficiētē adcomi-
1.2. q. burendum dixerit, quod cælestium
109. a. i. vniuersaliumque causarum motione
& influxu, ad suā actionem indigeat:
sed si nouo quodā inusitatoq; concur-
3.p. q. 8. su, opus illi esset ad comburendū, tūc
a.6.&q. plāne insufficiens diceretur. Ergo, cū
62.a.i. & loquimur de sufficientia prædicatoris,
q.63.a.2. qui causa quedam secunda est, quam-
&.64.a.1 uis instrumentalis: vt primæ causæ
&.q. 71. consuetam in eo genere motionē, or-
a.4. dinariumq; diuinę gratię influxū sup-
1.2. q. ponere oportet: ita etiā inconueniens
109. a. 8. erit, vltiorē opē exigere necessariō.
2.2.q.33. Verūm cōsuetūs Dei cōcursus, in con-
a.2. versione infidelium barbarorum, fōr-
1.2.q. 64 tassē non est solum commune illud
a.4.&q. gratutum & supernaturale auxiliū,
113.a.3. sed magis speciale extraordinariūq;
2.2.q. 14 quodāmodo in aliorum cōparatione.

Vt

Quæstio XV.

56


Vt igitur nemo leuiter desperet, aut
contra temerē præsumptuoseque con-
fidat, hanc examinandi talenti regulā
proposuimus. Quod si re prudēter cō-
siderata, magnā aliquis pro sua parte
de fructu Indico desperationem con-
ceperit: iam ostendeimus, quid tunc
agendum esse videatur.

PROPOSITIO II.

Euangelizare sine spe fructus ani- 3.p.q. 68
marum percipiendi, meritorium non a.4.
est, sed potius reprehensibile: 2.2.q. 25
a.6.

R A T I O.

Omnis actus, qui debito fine caret,
otiosus est, aut etiā perniciosus. Si igi-
tur debitus Euāgelij prædicandi finis
per fructus desperationem auferatur: 2.2.q.33.
frustrè & otiosè impendetur huic mu a. 6.
neri prædicatoris industria. Si quis ve 3.p.q.11.
rò, se patiētia fructum aliquē sperare a.5.
dicat, et si conuercionē Indorum despe-
ratā habeat: is intelligere debet, non 1.2. q.
licere patientię exercendę causa fan 108. a. 3.
Etū dare canibus, neq; margaritas niç 2.2.q. 3.
tere ante porcos. Aliæ sunt idoneæ a.2.
pa.



Quæstio XV.

patientis animi exercitationes. Euagelij verò prædicatio, tametsi per accidēs ad prædicantis patientiam exercendam conferat: tamen ad auditorum salutem, Christianæq; professionis sanitatem, per se & directè fuit instituta. q. 20. ta. Quod si obedientia meritum, necessitatēque obijcias: respondetur, q. 13. tanti pôderis & auctoritatis esse opere, superioris præceptum, apud verè q. 25. obedientem subditum, vt huic personæ. & q. suadere debeat, non esse mōraliter impossibilem & desperandam, illius postulatiū. q. 185 puli conuersiōnem: in fore, vt quoq; a. 2. serior & laboriosior, eō etiam glorio- q. 24 sior & vberior fructus ab operario fieri. & q. deli percipiatur. Cūm vero, neq; obediens. a. 4. dientia necessitas vrget, neque ad il- lam spem concipiendam animus erigitur: tali Parocho, sequentem assertiōnem propono.

PROPOSITIO III.

Non ex charitate solùm, sed etiam ex pietatis officio, debet Indicus Parochus, alteri magis idoneo suum locum conce-

concedere: si se ad Indorum institutiōnem talento carere cognouerit.

R A T I O.

Nam, cūm Indos sibi commissos, 2.2.q. 26 non vt proximos solùm, sed vt spirituales etiam filios contemplari & diligere debeat: ex eo fit, vt vtrique & proximi & patris obligationi satisfacere oporteat. Vtriusque verò officij 2. 2. q. ratio postulat, vt suorum, qui graui 184.a. 26 necessitate laborant, spiritualem salutem & 7. suo ipse honori, pecuniæ, opibus & dignitati præponat. Verum i.p.q. 97 non facile docto & pio Parocho, hæc a. 2. de sua inutilitate existimatio sic est 2.2.q. 13: concipienda, vt à spe adipiscendi auer- a. 1. tatur, sanctumque studium debilitari finat. Sed, postquam Indorum Parochiam, aliquandiu diligenter administrauerit, neque fructum & emolumētum spirituale perceperit, quod vix vñquam continget: tum demum probabili ratione intelliget, ad id Euan- i.2.q. 94 gelicum munus, se talentum non ac- a. 3. cepisse: vel certè illius populi diu- 2.2.q. 45 titiē vehementiori vi & spiritu a. 5.

H. alio

Quæstio XV.

aliorum prædicatorum perfringendam esse.

PROPOSITIO IIII.

Qui multos iam annos, cum nullo vel exiguo fructu apud Indos euangelizeuit, is digniori, magisq; idoneo Parochiam concedere & renuntiare fortasse debet, idque ex iustitia: quāuis sibi ipse, non indignus eo munere, neque insufficiens esse videatur.

R A T I O.

Suspicabitur fortè quispiam, hanc à me assertionem propterea propern, quod existimem: Parochiarum collationes, ita ex distributione iustitie proportione & a qualitate commensuandas esse: vt si dignioribus minus digni preferantur, non collatores scilicet, sed ipsi etiam beneficiati, iniquitati contentientes, restituere debeant & recopensare pro iniusta distributionis iuria, ijs, qui repulsam pertulerūt. Sed quamvis hæc opinio, non omnino improbabilis appareat: tamen, quia Ecclesiastica beneficia, non fuerunt præcipue

i.p.q. 21
a.r.

2.2.q. 61.
2.1.

2.2.q. 63
a.2.

Quæstio XV.

tipue instituta, ad liberalem remunerationem & gratutium præmium sā - 2.2.q. 185
pientium & benemeritorum homi - a.3,
num: sed ad Christiani populi, doctrina & sacramētis pascēdi, sacrificijsq;
& orationibus iūiādi necessitatē, ministrorumq; sustentationē, debitā ex iustitia: propterea cōmutationis potius, quam distributionis ratio, hic ha benda esse videtur: atque illud potius obseruandum, an Ecclesia fuerit idonea & sufficiens minister attibutus: quam vtrām pro ministrorū meritis, fuerint distributæ Parochiæ. Quod si hoc itaverū est, cur Indicū Parochum probabiliter admoneo, vt suo loco cedat, renuntietq; beneficiū in gratiani dignoris? Quia nimirūm, tantū multis animi & ingenij dotibus, tataq; doctrina, prudētia & sanctitate preditū eum esse oportet, qui sit Indis satis comodi euangelizaturus: vt pauci inueniantur, huic tā arduo muneri sufficiētes & idonei. Quamobrem, is, qui sine fructu & emolumento spirituali, plures iam annos hoc ministerium exercuit, sibi persuadere debet: se vnum aliquem

H 2 aliquem

Quæstio XVI.

aliquem ex multis esse: & non modò
3.p.q. 41 minus dignum, quām alij, sed neque
a.3. satis quidem dignum existere, Indicē
Parochiæ cura & administratione.
Ideōque, non modò à charitate alien-
nius, sed iniquus etiam erit & iniustus,
2.2.q. erga populum cui præfectus est: nisi
130. a.1. muneri cesserit, quod insufficienter
&.2.& & incommodè præstat: & nisi onus
q.185.a. deposuerit, quod, cùm portare conat-
4. tur, præ imbecillitate succumbit.

QVÆSTIO. XVI.

AN liceat Indis, publicè
nudos incedere.

PROPOSITIO I.

Illa publica & totalis nuditas, non
est per se & intrinsecè mala.

R A T I O.

Huic verò propositioni compro-
bandæ, non satis firmum argumentū,
ex originalis iustitiæ, aut beatitudi-
nis

Quæstio XVI.

nis statu sumeretur. Quāquām enim,
quod intrinsecè & essentialiter malū
est, neque innocentii Adam licuerit,
neque beatissimis licere potest: tamē quia
diuersi generis est eorum nuditas, qui
nullum turpem & inuoluntarium mo
tum patiuntur, ab ea de qua nunc di-
sputamus: propterea talium exemplo
rum argumentatio non conuinceret.
Etenim, hunc sensum habet præsens
quæstio: an rationis imperio non ob-
temperantia, secretiora corporis mē-
bra publicè denudare, sit per se & in-
trinsecè malum. Huic igitur quæstio-
ni, propterea negatiuè respondemus:
quia eiusmodi publicæ denudationis
actus, non cadit supra repugnantē ma-
teriam, sed indecentiam solum quan-
dam importat. Cuius solius indecen-
tiæ turpitudo, nulli ferè operationi ita a.2.
inhæret, quin vrgente necessitate tol
latur. Si cui vero minus perspicaci, nō a.10.
placet hæc ratio, quæ à priori sumi-
tur: is, à posteriori, conuincetem pla-
nè demonstrationem accipiat. Si hoc
intrinsecè malum esset, nullo vñquā 2.2.q.33.
casu liceret. Quare, neque naufragij, a.2.
H 3 neque

Quæstio XVI.

neque incendiij, neque ullius omnino
x.2.q. 88 subiti & extremi periculi vitædi cau-
a.5. sa, fas esset, publicè illa membra dete-
2.2.q. 2. q. gere. Quod prohibere, est planè absur-
169. a. 2. dum, & à communis hominum conser-
su alienum. Ex quo intelligitur, neq;
illam quidem nuditatem, esse intrinse-
cè malam.

PROPOSITIO II.

Cùm publica & totalis nuditas, sit
2.2.q. 77 ferè semper cum peccato coniuncta,
a.4. est in earum rerum genere colloca-
da, quæ in malum sonant & nisi ho-
nestiori aliquo fine decorentur, sed
pér se & seorsum capiantur, sunt om-
nino malæ,

RATIO.

1.2.q. 94 Hoc ipsa natura docet, quæ omni-
a.6. bus hominibus, prava consuetudine
non corruptis, illas partes contegendi
2.2.q. 151 est institutrix & magistra. Turpe enim
a.4. & q. omnes esse putant, rebellem membro-
164. a. 2. rum turbationem pati, in honestum
que, de tam indecora commotione
non pudere: quemadmodum, si heros
à seruo

Quæstio XVI. 60

à seruo insultante publicè & grauiter
illusus, de tali contumelia non erube-
sceret. Est præterea is aspectus, casti-
2.2. q. 35 tati valde periculosus, & ad libidinem a.1.
excitandam potentissimus. Quāobrē, 1.2.q. 97
nullius consuetudinis antiquitate, rari a.7.
quidam Indorum populi excusari pos 2.2.q. 57
funt: qui eam impudicitiam, à maio- a.2.
ribus acceptam, nunc etiam dissuader
tibus, & deterrentibus Hispanis, reti-
nere conantur. Ut verò intelligatur,
quantò sit antiquior, corporis coope-
riendi necessitas & ratio, quām Indi-
cæ nuditatis abusus: aliquid de il-
lius principio breuiter proponemus.

PROPOSITIO III.

Ex originali quidem peccato, hæc 2.2.q.
nuditatis turpitudo & indecentia 153.a.2.
principium sumpsit: sed sic tamen,
vt si hominem fingamus, in puris
naturalibus constitutum, sciamus
cum non decuisse, nudum ince- 1.2.q. 17.
lere. a.9.,

RATIO.

Quod, vt facile appareat, illud in
H 4 pri-

Quæstio XVII.

primis intelligere oportet : sensitiū appetitum hominis, in puris natura-
t. 2. q. 85. libus cōstituti , sine originali iustitia,
a. 3. &c. 6. rectum omnium potentiarum ordi-
& q. 91. nem continente & conseruante, non
a. 6. magis suapte natura moderatum, ne-
que magis obtemperantem futurum
fuisse rationi, quām modō est post ori-
x. p. q. 95 ginale peccatum. Nam, cūm natura-
a. 1. lia, post lapsum primi parentis, remā-
t. 2. q. 87 ferint destituta solummodo , à prohi-
a. 7. bente vulnera & defectus: illam appe-
z. 2. q. 164. a. 1. titus sensitiui obedientiam, si efflentia
liter ingenita , & prorsus naturalis fu-
tura fuisset , non experiremur nobis
esse sublatam. Quòd si, inobediens &
rebelligans tunc etiā esset noster appe-
titus: verecundiam profecto, ex ipsa
turpitudine consequi foret necessa-
2. 2. q. 164. a. 2. rium. Cui erubescitiae vitande, quis
neget ab homine rationis participe,
congruum remedium, id est, vestes aīr
contegendum corpus, fuisse requiren-
das? Neque verò huic argumento sa-
tisfiet: si in illo statu, quem imagina-
mūr, appetitus sensitiui rebellionem,
& obscēnum membrorum motum,
quia

Quæstio XVI.

61

quia non peccati pœna essent, sed ex
ipsa naturæ conditione, tunc tempo-
ris procederent: propterea pudori fu-
tura fuisse negemus. Neque enim ea
tantummodo , pudorem afferre va-
lent, quæ cum peccatis cōiuncta, vel 144. a. 2.
ex peccatis profecta fuisse videntur:
sed alij etiam defectus & imperfectio-
nes, etiam si ex necessitate materię, na-
turalisq; corruptionis appareat pro-
uenisse. Itaque plurimæ barbaræ &
infideles nationes, quæ peccatum ori-
ginale neque credūt, neque suspican-
tur: erubescunt tamen de corporis nu-
ditate, & nativa quadam verecundia
suffunduntur. Ex his igitur intelligi
potest, quid de quorundam Indorum
incultis, & impudicis moribus sit exi-
stimandum.

R R O P O S I T I O IIII.

Sed, illud tamen explicandum re-
stat, an hoc permettere Res publica iu-
re possit, quemadmodum & mere-
a. 4. trices, & usurarios & alia mala: quæ 2. 2. q. 78
minimè quidem probat, sed iustis ta-
a. 1. & q. men de causis tolerat, & relinquit 10. a. 11.

H 5 impu-

Quæstio XVI.

impunita. Verum, non licere, ut publi-
ca & generalis nuditas permittatur,
quiuis per se intelliget: & perspicu-
etiam fiet, hac demonstratione,

R A T I O.

- 2.2.q.76. Ea iure permitti non possunt, quæ
a.1. magnum dedecus & turpitudinem
Reipublicæ afferunt, omnium gêtiūm
restè institutarum cultui repugnant,
iputus ciuium offendentes parant,
omni flagitiorum generi occasionem
præbent. Huiusmodi vero esse, eam
de qua loquimur nuditatem, apertius
1.2.q.91. est, quam ut indigeat argumentis. Pa-
a.4. titur quidem Respublica meretrices;
2.2.q.10. sed ut omnes, aut plerque feminæ;
a.11. meretrices essent, minimè pateretur:
quini, neq; villas quidem meretrices
permitteret, nisi, ut turpiora flagitia
deceitaret. Quid autem grauioris ma-
li, publica nuditate vitetur, non potest
probabiliter excogitari. Neque vero,
1.2.q.92. corpus contegere, pertinet ad perfe-
a.1.&q. etiam virtutem, sed ad communem &
96.a.2. vulgarem: ad quam publica potesta-
te ciues compellendos esse, ex ipsius
ad-

Quæstio XVII. 62

administrationis fine, & morali rei
possibilitate planè colligitur,

Q V A E S T I O XVII.

Verum, ob eam causam,
laudandi sint quidam in-
fideles Indi, quia suos fi-
lios offerunt baptizâdos: cum ipsi qui
dem parètes, ad fidem cōueriti nolint.

P R O P O S I T I O I.

Fieri potest, ut infidelis, quamvis à
fide Christiana suscipienda, vehemen-
ter abhorreat, habeat tamen hoc iudi-
cium speculativum eidē: quæ Iesu
Christi religione continentur, ea cre-
di oportere,

R A T I O.

Neque enim huic iudicio, illud pra.
Eticū repugnat, quo statuit idem infide-
lis, sibi non esse suscipiendam nostrā
fidem. Quæ propositiones, etsi verbis
opponi, mutuoq; contradicere videā-
tur: re tamē vera, cùm non enuntient
de

Quæstio XVII.

de eodem secundum idem, contradic.
 1.2.q.77 ctořæ non sunt. Et enim, quod de
 a. 2. incontinentे inquit Aristoteles, illū
 2.2.q.20 ex duabus propositionibus vniuersali-
 a. 2. bus, quas mente concepit, sub altera
 quidem quævoluptatē suadet, subsumere, alterius discursum prætermit
 2.2.q.47 tere: hoc ipsum quodāmodo, de hoc
 a.16. infidelihomine affirmarelicebit. Qui,
 cùm miraculis & alijs confirmationi
 bus persuasus, vel potius conuictus,
 fidem Christianam ab omnibus susci-
 pi debere cognoscat: alia tamen ex
 parte, illud falsum pestiferumq; prin-
 cipium mente cōseruat, antiquos mo-
 res esse retinendos, & dulcem laxè
 1.2. q.29 viuendi consuetudinem, non esse mu-
 a. 5. tandam. Sub quo principio subsumit.
 2.2.q.15. Atqui Christiana religio, longè aliam
 a.1. vitæ rationem postulat. Mihi igitur
 suscipienda non est. Quę conclusio,
 cùm in actu signato, simplex & abso-
 luta videatur: tamen in actu exerci-
 to, respectum habet ad eam vniuer-
 salē propositionem, sub qua sub-
 sumpta fuit. Quare perinde est, atque
 si ita expreſſe concluderet: secundum
 inten-

Quæstio XVII. 63

intentionem huius finis, quem mihi
 proposui, secundum hanc regulam,
 quam mihi præscripsi, Christiana fi-
 des, mihi respuenda & recusanda est:
 quam tamen simpliciter & absolutè
 fateor, esse ab omnibus complecten-
 dam. Has verò enuntiationes, contra-
 dictoriè oppositas non esse, manife-
 stè constat: cùm altera quidem sit sim-
 plex & absoluta: altera verò respecti-
 ua & composita, non quidem per co-
 positionem speculatiuam & signatā, a.11.
 r.p.q.79 sed per diuersi finis intentionem pra-
 eticam & exercitam.

P R O P O S I T I O II.

Illi euidenti cognitioni, de fidei 1.2.q.19.
 Christianæ credibilitate, nō repugnat a.3.5.&6
 conscientia erronea eiusdem infide- 2. 2 . q.
 lis, existimantis: se in offerendo Chri- 162. a.4.
 stianis filio, propterea peccare, quia
 idolum offendit, quod tanquam verū
 Deum, colit & adorat.

R A T I O.

Nam, si certum est, cum euidenti co-
 gnitione, de qua loquimur, infidelita-
 tem

Quæstio XVII.

2.2.q.10. tem & idolatriam posse consistere?
a.2. &c. q. cùm hi peruerſi habitus, non specula-
94.a.3. tiui ſolū ſint, ſed etiam pŕactici: cō-
1.2.q.19. ſequens eſt, vt conſcientiam in erro-
a.5. rem inducāt; de laſa idoli maiestate,
& violata ſanctitate religionis. Atq; hoc quidē, cuiuſi perspicuū erit: niſi forte infidelis ille, in eorum ſecta ver-
ſetur, qui quālibet legē, religionemq; ſalutarem, & vero Deo grāta eſſe con-
tendunt. Tunc enim, quāret fortasē qui ſpiam: an aēlus eiusdem hominis
infidelis, ſiuum filium Iesu Christo de-
uouentis, & conſecrantis, ſit ab omni
periculo liber, omnibusq; errantis
conſcientiā vinculis absolute & ex-
peditus. Quam quæſtionem propositio
ſubsequens explicabit.

PROPOSITIO III.

2.2.q.47. Temerē & imprudēter agit infide-
a.3. lis, qui falſo illi principio, de cuiuſlibet
legis ſalutari acceptatione inni-
xus, filiū ſuū offert, vt baptizetur.

R A T I O.

2.2. q. Quò maioris momenti & grauitatis
153. a.3. eſt, id, quod eligendū proponitur, eō
matu-

Quæſtio XVII. 64

maturius confiſſum, & diligētius exa-
men in ea deliberatione oportet adhi-
beri. Quamobrem, cùm nihil ſit vera
religione ad beatitudinem conſequē-
dam magis neceſſarium: nihilq; pŕe-
ter odium Dei, ſalſa ciuſdem cognos-
cendi, colendique inuentione, magis
impium & pernicioſum: illa infidelis 1.2.q.19.
patris, in errore principio exami- a.6.
nando, filioq; dirigendo negligen- 2.2.q. 53
tia, temeraria profeſſio eſt valdeque a.4.
reprehēſibilis. Neque verò eſſet opus 2.2.q.10.
longo diſcurſu, ingenioq; ſubtiliori, a. 12.
ad eius electionis deformitatē depre- 1.2.q. 52
hendendam. Vel hac enim perfaciili, a.5.
& cuiuſi prompta ratione conuinci- 1.2. q. 98
tar. Si quāuis Dei colendi forma & a.1.
ſecta, tibi ſancta ſalutariſque videtur.
Ergo fallit Christiana religio, quā ſe
ſolam profitetur eſſe piam & ſaluta-
rem, cæteras pernicioſas & impias.
Fallax verò & mēdaci religioni, ſe vel
ſuos deuouere, quis non videat eſſe ini-
fanx temeritatis? De hac igitur in-
fidelis hominis oblatione, ſic diſcren-
dum putau, de conſiliente autem &
approbante, iam dicam.

PRO-

Quæstio XVII.

PROPOSITIO IIII.

Infidelem hominem, religioni Christianæ nolentem adhædere, atq; propter sui erroris obfirmatam persuasione, grauiter peccatum, si filium Iesu Christo deuouerit & confessaerit: exhortari licet: vt infantem baptizandum exhibeat, Christianisq; educandum, & instituendum tradat.

2.2.q.10. a.12. 3.p.q.68 a.10.

R A T I O.

Neque enim ipsi peccatum suadetur, sed quod per se consideratum, est necessariæ pietatis officium: quodq; ad meliorem mentem voluntatemq; cōuersus, atque deposita erronea conscientia, iuste & religiosè facturus est. Etenim, ob similem rationem, ab a.4. vsurario mutuum petere, & à peccato. 3.p.q.64 tiro sacerdote, sacramenti administrationem, cogente necessitate postulare, concessum est, nulla interueniente voluntaria cooperazione peccati.

2.2.q.78 a.4. 3.p.q.64 a.6.&q. 82.a.9.

QVAE-

Quæstio XVIII.

Q V A E S T I O X V I I I.

Non Trūm, apud Indos, ex barbara rusticitate, comi munia humanitatis officia præstare nolentes, liceat homini priuato exequi suum ius, vbi legiti mi Iudicis copia non est.

PROPOSITIO I.

Ad charitatis, & honestatis officia 1.2.q.99: præstanta, nemo potest, priuata cuius a.5. quam auctoritate licet compelli.

R A T I O.

Neminem Republica cogit, ad hæc officia exhibenda: nisi priùs, illud 1.2.q.96: ipsum, quod ad solam charitatē aut a.3.&q. honestatem pertinebat, rursus ad iuriū a.2. stitiae virtutem, per legem traduxerit, & in legale débitum transformationem, cum priuatus homō efficere non possit: ne minē profectō iuste compellet, vt I cha-

Quæstio XVIII.

charitatis, aut moralis honestatis non
nisi exhibeat,

PROPOSITIO II.

- 1.2.q.60. Neque ad legale quidem debitum
a.1.&c.2. extorquendum, vim adhiberi ab ho-
&.6. mino priuato æquum est: non modò
cùm iudex adest, aut ius dubium appa-
ret: sed etiā si hoc perspicuum & indu-
bitatum sit, iudexque desideretur.

R A T I O.

Priuatæ vtilitati, Reipublicæ salus
est præferenda: quæ cōseruari nō
posset, si ciues sibi inuicē propria au-
toritate iudices fieri, mutuamq; per
vim, ad officium constringere con-
rentur: quemadmodum animal inter-
iret, si eiusdem membra inter ipsa cō-
tenderent, inuicem diserpentia & di-
laceratia. Non est igitur ad talē vīm,
sub iuris consequendi specie, aditus
aperiendus. Neque verò in Republica
solū reētē constituta, ab huiusmodi
violentia, se quemque continere oportet,
sed ubiq; etiā gentium: cùm bellū
propria auctoritate inferre, nūquam
con-

Quæstio XVIII.

toncedi debeat homini priuato. Quā-
quām non defunt viri docti, qui inter
barbaros iustitiae administratione ca-
rentes, moderatā aliquā coactionē, si-
ne armorum strepitū, legalis alicuius
debiti recuperādi causa, adhiberi pos-
se arbitrentur. Quorum sententia, vt
probabilis appareat, per sequentes li-
mitationes videtur ad æquitatem cō-
tenperanda:

PROPOSITIO III.

Primū, vt nō cuius, quemuis te- 3.p.q.59
merē & indistinctè, ad officiū cōpel- a.1.
lendi facultas concedatur: sed ijs vi-
ris, qui auctoritate, opibus, & prudētia
longè præcellunt.

R A T I O.

Cùm omne agēs, præstatiūs debeat
esse patiēte: tū verò, ne repassioni lo- 1.2.q.87
cus fit, sed actio suauiter & facile ter- a.1.
minetur, excessum agentis oportet ef-
fe multō maiore. Quia igitur illa opi-
nio, diuturnas contentiones, duello-
rumque occasionem admittere nō dē-
bet: hanc in cogentibus potentiam, &
præstantiam exigat, necesse est.

Quæstio XVIII.

charitatis, aut moralis honestatis nimis exhibeat,

PROPOSITIO II.

- i.2.q.60. Neque ad legale quidem debitum
 a.1.&c.2. extorquendum, vim adhiberi ab ho-
 &.6. mino priuato æquum est: non modò
 cum iudex adest, aut ius dubium appa-
 ret: sed etiā si hoc perspicuum & indu-
 bitatum sit, iudexque desideretur.

R A T I O.

Priuatæ vtilitati, Reipublicæ salus est præferenda: quæ conseruari nō posset, si ciues sibi inuicē propria auctoritate iudices fieri, mutuamq; per vim, ad officium constringere conarentur: quemadmodum animal interiret, si eiusdem membra inter ipsa cōtenderent, inuicem diserpentia & di- laceratia. Non est igitur ad talē vim, sub iuriis consequendi specie, aditus aperiendus. Neque verò in Republica solūm recte constituta, ab huiusmodi violentia, se quemque continere oportet, sed vbiq; etiā gentium: cum bellū propria auctoritate inferre, nusquam con-

Quæstio XVIII.

66

concedi debeat homini priuato. Quā- quām non defunt viri docti, qui inter barbaros iustitiae administratione ca- rentes, moderatā aliquā coactionē, si- ne armorum strepitu, legalis alicuius debiti recuperādi causa, adhiberi posse arbitrentur. Quorum sententia, vt probabilis appareat, per sequentes li- mitationes videtur ad æquitatem cō- temperanda.

PROPOSITIO III.

- Primū, vt nō cuius, quemuis te- 3.p.q.59
 meū & indistincte, ad officiū cōpel- a.1.
 lendī facultas concedatur: sed ijs vi-
 ris, qui auctoritate, opibus, & prudētia
 longè præcellunt.

R A T I O.

Cum omne agēs, præstatiūs debeat esse patiēte: tū verò, ne repassioni lo- 1.2.q.87
 cus fit, sed actio suauiter & facile ter- a.1.
 minetur, excessum agentis oportet es- fe multō maiore. Quia igitur illa opi-
 nio, diuturnas contentiones, dirella- rumque occasionem admittere nō dē- bet: hanc in cogentibus potentiam, &
 præstantiam exigat, necesse est.

Iz PRO-

Quæstio XVIII.

cipum virorum benevolentia conciliandæ.

R A T I O.

Nam, cùm ignorantia faciat inuoluntarium, nolentibus profectò & iniuitis, ea dona crepta fuisse existimandum est: si circa potissimum donacionis finem, Indos deceptos fuisse supponamus. Quòd si leuior deceptio cōtigerit, aut cōsultò etiā procurata fuerit: quāuis quidam, dominium trāsferri, negare consequenter debeant, qui ad eleemosynam restituendam, hypocritam sanctitatis, etiam si verè pauper sit, seuerè compellunt: quia tamē scienter maxima ex parte, & absoluē ciuismodi res conferuntur: neque cuiusvis mouentis causæ veritas, in negotijs humanis confirmandis exigū consuevit: ob eam rem, ille Indorum hospes, neque commutatiuam circa munuscula iustitiam læsisse censendus erit: neque consequenter ad restitucionem obligandus. Quanquam in hoc genere, est magnoperè cauendū, ne quod perniciosum exemplū. prodatur.

QVAE-

Quæstio XIX. 68

Q V E S T I O. X I X.

I qui sunt, Eucharistie mysterium non credentes Indi, an Ecclesiastico de audienda Missa præcepto satisfaciant.

P R O P O S I T I O. I.

Legislatoris, id est, Ecclesiæ cū suo visibili capite, per veram fidem recognoscendi, obligationem ad rectè obedientium generalem, certissimamque, nunc quidem secludentes: atque specialem, intrinsecamque huius legis naturam, & vim præcisè considerantes, sic proponimus: ut huic Ecclesiastico præcepto satisfiat, probabile esse, Mis 1.2.q. 99 fam fideli & religioso corde audiri a.3. & q. debere,

R A T I O.

Nam, si Ecclesiastica lex de audience Missa, religiosum cultū diuinitū 122.a. 4. præceptum determinat & specificat: & q. 147.

I 4 cum a.3.

101.a.2.

2.2.q. 81

Nam, si Ecclesiastica lex de audience Missa, religiosum cultū diuinitū 122.a. 4. præceptum determinat & specificat: & q. 147.

Quæstio XIX.

intelligenda sunt. Nam de religionis quidem & charitatis virtutibus, quid tunc requiratur, statim patebit.

PROPOSITIO III.

Neque religionis, neque charitatis virtutes sunt, ad hoc Ecclesiasticum præceptum implendum, simpliciter necessariæ: cùm sint quidē valde convenientes & opportunæ.

RATIO.

Nam charitatis quidem actum & perfectionem, quæ, cùm agitur de mediorum obseruatione, ad extrinsecam legislatoris intentionem pertinet, sub essentiali huius præcepti latitudine contineri, nulla ratione conuincitur: tametsi speciale de diligēdo Deo præceptum existere, suo tempore impletum, dubitare non licet. Quod si charitatis actus, hīc necessarius non est: neq; habitus profecto ipse. Quo sublatum, habitū etiam religionis, qui ex mutua & indiuisibili virtutū connexione, debet esse cū charitate coniunctus, tolli necesse erit. Sed, quoniam de religione,

Quæstio XIX.

70

ligione, propterea posset apparere aliqua difficultas: quod eius actum, qui valde arduus sine habitu fore videtur, ad audiendam debito modo Missam exegerimus: intelligendum est, virtutem moralem esse religionē. Quāobrem, supposita veri Dei supernatura- li cognitione per fidem: non est essentiaſter diffcilius, sine religione infusa Deum colere, quām sine temperantia infusa iejunare. Iam verò, quia de illius Ecclesiastici præcepti obseruatione, quædam proposuimus, opinio- nem aliquatenus ſeuiorē sequuti: ali a. 4. & q. quid aliud, eidem quidem doctrinæ 100. a. 9. consonum, sed ſuauius tamen propo- 2. 2. q. nendum est. 104. a. 5.

PROPOSITIO IV.

Si qui Indorū, mysterij sanctissimæ Eucharistiæ idoneū doctoreū non adepti, inuincibiliq; illius ignorantia laborantes, bono & syncero animo ad Missam audiendam accedunt: iij præcepto Ecclesiastico satisfaciunt.

RATIO.

Referent enim, niſi infideles, aut impij

Quæstio XIX.

impij sint, suam intentionem, ad id colendum & adorandum, quod proponit Ecclesia. Si quis verò distinctor, & magis explicitus Eucharistiae cultus, Ecclesiastica lege præcipiatur: ab eo sanè præcepto, satis per inuincibilem ignorantiam excusantur. Quæ Propositio, ne latius extendatur, quā veritas ferat: assertioni sequenti coniungenda videtur.

PROPOSITIO V.

3.p.q.75 Horrendus esset eorum Indorum
a.6.&.q. error, qui materialem panem, in Eu-
80.a.5. charistia manere, & eum ipsum, Chri-
stianorum Deum esse putarent. Atq;
is quidem error, neque inuincibilis es-
set, neq; fidem & religiosum cultum
compati posset: si consequenter etiā,
1.p.q. 12 diuinæ infinitatis, æternitatis, bonita-
a.12. tis, sapientiæ, omnipotentiæ cognitio-
nem tolleret.

R A T I O.

His enim diuinis attributionibus
sublatis, cùm idolatria inferri, tum
Ecclesiæ recognoscendæ articulum
tolli.

Quæstio XIX.

71
tolli necesse est. Neque enim veram Christianæ & Catholicæ Ecclesiæ no titiam haberet, qui talis Dei Christia nos, cultores esse suspicaretur. Quò 2.2.q. 12 circa intelligendum est, cum superna 2.2.
turali fide, consistere quidem posse multorum articulorum ignorantiam: 1.2. q.76 non modò reconditorum, sed eorum 2.2.
etiam, qui omnibus explicitè cognoscendi, distinctèque credendi propo- 2.2. q. 2.
nuntur. Sed, sunt tamen quidam arti-
culi, cum fide ipsa ita coniuncti, & in-
diuisibili vinculo copulati: vt ijs sub- 1.p. q. 2.
latis aut ignorantis, fidem etiam ipsam a.2.
tolli, & prorsus deleri necesse sit. Qui 1. 2. q.
nam verò tales cēsentur, huius dispu- 106. a. 1.
tationis non est: sed illud tamen con- 2. 2. q. 1.
stat, nisi vnu Deus Optimus Maxi- 1.7.&.q.
mus, isq; remunerator esse credatur, 2. a. 7. &
neque hoc tempore, post diuulgatum 8.

Euangelium, neque vñquām om- 3.p.q.61.
ninō, infusam, & superna- a.3.&.q.
turalem fidē existere 68.a.1.&
potuisse. q.69.a.4

QVAESTIO XX.

Nliceat, ad ferenda testi-
monia, quosdam Indorum
populos admittere: si cri-
mina occulta prodere, incerta con-
firmare, falsa fingere consuetuerunt:
similique leuitate & perfidia, in ci-
nibus etiam causis versantur.

PROPOSITIO I.

Non putanda esset iniqua lex, si qua statueret: ne duorum, vel trium cunusdam nationis Indorum testimonia, integrum in iudicij s fidem fa-
cerent: quantumuis ipsi, & cōtestes,
& fide digni, & omni exceptione ma-
iores viderentur.

i.2.q.84

R A T I O.

a.1.&q. Cūm ea sint à Legislatore confide-
96.a.1. randa & respicienda, que, nō per acci-
dens

dens & raro contingunt, sed per se, &
vt in plurimū eueniunt: si in tali Pro-
uincia, duorum aut trium Indorum
testimonium, sit plerunque infirmum 1.2.q.
propter Indicæ alicuius gentis leuita-
tem, & ad niendacīa propensionem:
iuste profecto, eius testimonij austro-
ritas lege minueretur: quemadmodū 2.2.q.70
etiam puerorum & mulierū dictis, pa-
rū auctoritatis defertur. Neq; enim
Indici quidā senes, multò prudentio-
res videri solent, quam Hispanorum
pueri: neque illius nationis viri, multò
constantiores, quam huius orbis foemi-
nē. Quod si hoc verum est, non erunt
improbabiles, neque inutiles, sequen-
tes propositiones.

PROPOSITIO II.

Non apparet iniquum, si, propter
hanc generalem de testimoniorum
apud Indos infirmitate scientiam, vel
rationabilem suspicionem: aliter que
dam ibi practicentur, & agantur
in causis & litibus audiendis, exa-
minandis, & diffiniendis, quam sunt
in hoc orbe, iure cōmuni constituta:
atque

Quæstio XX.

atque specialiter aliqua particularia; quæ de semiplenæ probationis, vi, modis, & sufficientia plerunque recipiuntur.

R A T I O.

- 1.2.q. 94 Quoniam ius naturale est immutabile, ut legitimarum probationum & examinationum, aliquam apud Indos varietatem, non semper illicitam esse demonstremus: præsupponendum est, talem earum ordinem iure naturali non simpliciter constare. Atque id quidem dupliciter ostenditur: & quod ex primis principijs, nobis à natura insitis, hæc iuridicarum probationum series, formalisq; solennitas, nō omni ex parte evidenter necessarioque cōcluditur, sed probabili nonnunquam 1.2.q. 91. argumentatione colligitur, prudenter arbitrio determinatur. Et quod nonnulla, circa huiusmodi progressum, qui ex semiplena probatione su- 2.2.q. 70. 2.2.q. 69. 2.1. & 2.2. aliaque præterea lurisconsultorū opinionibus controversa. Cùm illud igitur natura ipsa constitutissimum sit, apud

Quæstio XX.

73

apud iudicem iuridicè legitimèq; interrogantem, crimen detegendū esse: tamen quæ sit iusta & legitima iudicis interrogatio, humanis constitutis, non prorsus quidem, sed aliqua tamen ex parte relictum fuisse videatur. Quemadmodū, possessionum divisiones, hominum quidem arbitrio magna ex parte fiunt: at vero, nemini suam possessionem auferendam esse, ab ipsa natura docti sumus:

P R O P O S I T I O III.

Vt, auctoritas testium, si infirma, falsoque esse consueuit apud Indos, amplioris numeri corroboratione indiget: ita etiam, argumentum ex infamia sumptum, si solet esse leue, inuali- dumque apud eosdem, aut confirmandum est, aut paruipendendum.

R A T I O.

Hæc Propositio, cùm iuri naturali nitatur, tum vero ab Ecclesiastico, & Cæsareo iure aliena non est. Illa enim statuunt leges, veram esse, & inquisi- tione dignam infamiam, quæ, & inter-

K bonos

Quæstio XX.

bonos versatur, & à verisimilibus indicijs processit. Quamobrem, si qui Indorum populi, in suspicionibus leuiter capiebantur, temerarij sint & imprudentes, in eisdemque spargendis, & diffusando, audaces & inhumani: nō citius apud eos infamia fides adhibenda est: quēadmodū apud nos, nō citius rumor facile creditur: sed rursum inquiritur, ex obscuris nē, an manifestis argumentis fuerit exortus: & habeat ne vllā inter ipsius infamia cōscios controuersiā, an vna omniū votū confitetur. Quia verò in illis Indicis probationibus & testimonij, firmitatem desiderari proposuimus, offert se statim quæstio: sit ne eiusmodi confirmationis quantitas, iudicis arbitrio relinquenda.

PROPOSITIO IIII.

- 1.2.q.95. Tametsi, vix certus Indorum numerus legi præscribi possit, qui probabile testimonium efficiat: non tamē purum est fore, vt, is absolutè, iudicū arbitrio cōmittatur, sed legitimis constitutionibus determinetur.
- a.1.&c.2.
&q.96.
2.1.

RA

Quæstio XX.

74

R A T I O.

Nam, cūm omnis ferē iudiciorum ratio, testibus contineatur: si cuius iudicii cōcessa fuerit numeri definitio, libera ferē illi facultas fiet, qui si in causa, quicquid volet pronuntiandi. Itaque illa incontinuā subsequentur, quæ 2.2.q. 95 Aristoteles recenset: ut leguni loco; a.1. quæ per selectos & prudentes viros, nulla passionum perturbatione commotis, post longam & maturam deliberationem approbari & proferri cōfuerunt: contrā, ex indistincta multitudine priuatorum iudicij, flagratiū odio, cupiditate, libidine, omnium ciuium opes, fortūtē, facultates, honor, dignitas, salus, nullius legis oppositione iniquitatē prohibente dependeāt. Haec tenus igitur de Indorum testimonij: quæ quantumvis levia sint & infirma: rei ciui tamē prorsus & refutari nō possunt, nisi cū magno & euidenti Reipublice detrimēto. Ijs enim sublati, iudicia tolli, aut valde debilitari necesse est, quæ testibus maxima ex parte nituntur. Hoc verò malunt multò grauius esset, quam innocentium:

K 2 ali

Quæstio XXI.

2.2.q. 23 Neque verò, quiuis diuitiarum amor,
2.7. eius periculi susceptionem excusat, à
scelere:imò talis diuitiarum solitaria
cupiditas, illicita est, & aggrauat au-
dacię peccatum. Nam, hoc maximè
argumento diuitiæ, sine debito ordi-
ne quæri conuincuntur, quia sit ipsa-
1.2. q. 2. rum causa aliquid in honestum. Quis
2.1.&. 5. verò non intelligat, cùm præstan-
2.2.q. 55 tiora bona, inferioribus simpliciter &
2.6. absolutè postponuntur, rem turpem
& à ratione alienam committi? Ali-
quid igitur præstantius, per ipsas diui-
tias formaliter expetendū est & pro-
curandum: ne is amor, quo vitæ præ-
feruntur, inordinatus esse conuinca-
tur. Quòd verò formalem præstantio-
ris finis intentionem exigamus, pro-
pterea fieri intelligendum est: quia,
1.2. q. 30 cùm suapte natura ille actus, quo vi-
2.4. ta, diuitijs aliqua ex parte postponi-
tur, nihil boni & honesti contineat:
2.2.q. 19 nulla interpretatiua relatio in præ-
2.3.&q. stantiorum finem, ibi subesse inueni-
83.a.5.& tur, quemadmodum in eleemosynæ
6. exhibitione, & cæteris actionibus ex
suo genere honestis. Qua propter di-
recta

Quæstio XXI. 76

recta & formalis relatione hic opus
est: formalis inquam, non, vt condit in
guitar virtuali, sed, vt condit in
guitar interpretatiua. Sed, quoniam
de bono fine, in quem periculi suscep-
tio referenda sit, aliquid diximus: de
ipsius animi ad mortem obeundā præ-
paratione, in tali periculo, est etiam
nonnihil perstringendum.

PROPOSITIO III.

Nisi impendentis mortis probabile
periculum appareat, cuiusmodi solet
esse in prælio, vel in vehementi tem-
pestate: non vrgebit, quod attinet ad
præsentem casum, speciale aliquod
cōfessionis, aut cōtritionis præceptū.
Si autē, improuisæ procellæ, crebris
fulminum iætibus, mortiferæ, aut re-
pentini lethalesque morbi, in eiusmo
di locis homines frequenter oppri-
mere soleant: ita vt necessarium pœni-
tentia, sacramentalisq; confessionis
ineundæ, & perficiendæ spatiū non
relinquant, in ea præsertim, qua Indi-
ci populi laborant, sacerdotum pauci-
tatem; incolæ in tali casu, se ad mortem 5.

In add. 3
p.q.6.2.
obcun-

K 4

Quæstio XXI.

obeundam, ante ipsius ultimi periculi articulum præparare: atque Sacramentis semper præmuniti, & perpetuo benè dispositi, ad exeundum ex hac vita esse debent.

R A T I O.

3.p.q. 65. Nam, cum aliquod tempus, Sacra-
a.3.&4. mentalis pœnitentiæ, & Eucharistiæ
præceptis, sit tribuendum & assignandum ante mortem; si ipse extremi periculi articulus, est ad Sacraenta suscipienda in cōmodus & inopportu-
2.2.q. 79 nus: reliquum est, ut proximo tempo
a.3. re vrgeat obligatio. Quod cum incer-
tum sit & ignotum: aut nunquam, in
huius quidem casus consideratione, le-
1.2.q. 71. gis obligatio coget, quod verè dici nō
a.5.&q. potest; aut pro semper quodammodo
88.a.1. & constringat: non quatenus affirmati-
q.100. a. ua est, sed per accidens, ex perpetua
4.&. 10. imminentis repentinī periculi formi-
2.2.q.33. dine, probabilique & continua subite
a.2. mortis expectatione.

PROPOSITIO IIII.

Nunquam illarum regionū incolæ;
ratione

Quæstio XXI. 77

ratione fulgoris, tempestatis, aut pestilentiae conteri tenentur: quin si In add. 3 mul etiam & confiteri, & Euchari- p.q. 6. a. stiam sumere debeant, si adsit ho- 5. rum Sacramentorum iōneus admi- nistrator,

R A T I O.

Contritionis enim præceptum hīc non vrget, nisi verisimile mortis periculum appareat. In tali verò periculo confessionis perficiendæ, & Eucharistiæ sumendæ præcepta contritioni coniunguntur. Nam, quia sum- 3.p.q. 62 mōpere necessarium est ad salutem, a.1.&2. benè mori: propterea contritio, que & 3. & per se sola requiritur in quibusdam 4.&5. casibus, hīc, quō certior sit & vehe- 3.p.q. 68 mentior ad obtainendam Dei amici- a.2.&q. tiam, cum salutarium Sacramēto- 73.a.3.& rum fortiori virtute, & abun- q.78. a.1 dantiori gratia copulari &q. 80. præcipitur. a.6.&q. 84.a. 3.

K 5 QVAE-

Q V A E S T I O XXII,

N euangelizantis lin-
guam, infidelus Indicus
sua salutis cupidus, addi-
scere debeat, si se aliter Euangelium
audire posse diffidat.

P R O P O S I T I O I .

Cui nondum probabili ratione per-
suasum esset, in Euangeli doctrina
veram contineri salutis & felicitatis
viam:is non deberet valde difficultem
nouæ lingue perdiscendæ laborem, re-
ligionis causa suscipere.

R A T I O .

Nam pari ratione, cuiusuis incogni-
te sectæ intelligendæ, peregriniq; do-
gmatiæ audiendi causa, vt nouam lin-
guam addisceret, obligandus esset.
Quod si hoc intolerabile videretur,
& à Diuinæ legis suavitate alienum:
neque

neque illud quidem oneris imponen-
dum cuiquam erit, nondum perspe-
cta, vt diximus, Christianæ doctrinæ
probabilis saltem credibilitate.

P R O P O S I T I O II.

Si Indus, cui miraculis, aut fidelium
exemplis credibilis apparuit Euange-
lica doctrina, se valde rudem & inha-
bilem esse cognosceret, ad alienū ser-
monem perdiscendum: posset ipse for-
taassis, hanc spem de diuina benignita-
te concipere, fore, vt facilior alia hu-
ius doctrinæ audiendæ via ostende-
retur, sine difficillimo nouæ lingue
comprehendendæ labore. Que propo-
sitio, si sapientibus, quorum disputa-
tioni subiicitur, non improbabilis vi-
sa fuerit: ijdem iudicabunt, an se-
cundum sanam salutaremque doctri-
nam, sequenti ratione recte confir-
metur.

R A T I O .

Vt enim, ex diuina lege nemo est
ad impossibile obligandus: ita neque
ad ingētes quasdam & immētas difficul-
tates:

Quæstio XXII.

tates: præter illas, quas, aut præcepti
2.2.q.10. negatiū perpetua & absoluta necessi-
tas, aut prudenter & piorum in Ec-
clesia consuetudo subeundas esse de-
clarauit. Etsi verò prædicatores, qui
diuinitū infusum linguarum donum
non acceperunt, nouas linguas, ad in-
fidelium eruditionem addiscere con-
sueuerint: tamen hoc ipsum onus, au-
ditoribus nondum baptizatis, iniun-
ctum fuisse causa religionis, Ecclesia-
sticis historijs, aut traditionibus non
accepimus. Qui igitur, in hac ingenti
aliena lingua discendat difficultate,
2.2.q.53. aut alia simili constitutus, diuinæ pro-
a.4. uidentia, se in eo negotio committe-
ret, nullo existente alio medio Euangeliū
percipiendi: fortasse non esset is
arguendus statim, tanquam impius in
Deum, neque appellandus Diuinę bo-
nitatis tentator temerarius. Suppona-
mus enim, id quod perspicuum est,
nullam hīc inueniri formalem & dire-
ctam temptationem: interpretatiuam
2.2.q.97 autem hīc non subesse, probabiliter
a.1. colligi videbitur alicui. Nam, que tam
difficilia sunt, ut vix fieri possint,
ea

Quæstio XXII.

79
ea moraliter censemur impossibilia.
Est igitur huic homini, nūc quidem, 3.p.q. 86
moraliter impossibilis per vias con- a.1.
suetas, auditio Christianæ doctrinæ. 1.p.q. 62
Poterit ergo sine temeraria præsum- a.2.
ptione, extraordinarium aliquod &
superabundans Dei auxilium expete-
re. Nam, talis fortasse humani mediij
difficultas, ad impossibilitatem acce-
dens, & ferè pertingens, hanc reddit
vnicam quodammodo spem & peti-
tionem necessariam: otiosèque expe-
tationis, in qua, interpretatiua tenta 1.p.q.
tio consistit, temeritatem excludit. 114.a.2.

PROPOSITIO II.

Perdiscenda omnino esset aliena
lingua, ei, qui, cum Christianę doctri-
nę credibilitatem intellexisset, nullā
spem nativo sermone illius audien-
de, sibi relictam arbitraretur.

RATIO.

Ex necessaria finis & vnici mediij 1.p.q. 82
connexione, colligitur hæc assertio. a.2.
Suam enim salutem & felicitatē, ne-
que velle, neque sperare is censeretur,
qui

Quæstio XXII.

qui vnicum & singulare mediū omittet: quod simpliciter absoluteq; necessarium ad illius finis consequitionem iudicasset. Enēm, longè alia ratio est huius medij, de quo loquimur, & aliorum: quę tametsi ad illū ipsum finem consequendum, conuenientissima sint, & præcepti etiam obligacione requirantur: nō sunt tamē suapte natura simpliciter & absolutè necessaria. Quā philosophandi ratio, hoc exemplo, si sano modo id intelligatur, formaliterque applicetur, magis perspicua fiet. Si quis, vt finē ultimū, temporalem corporis vitam sibi proposuisset: posset planè huius finis intentione seruata, acerbam aut pretiosissimam potionem, utilem quidem corpori, & medici ordinatione præscriptā, sed non simpliciter & omni modo necessariā aspernari. At vero, quę simpliciter & absolutè necessaria esset, hāc nisi quousiis pretio cōpararet, & adhiberet, & nisi cum tædio etiā & nanseasciperet: suum finem desperasse, eiusque omnino intentionem abieciisse videretur.

i.p.q.19.
a.3.

i.2. q. 3.
a.6. & q.
10. a.2.

QVAE-

Quæstio XXIII. 80

QUESTIO. XXIII.

Vtrū, Légatos & Ora-
tores interficientium sce-
lerata crudelitas, ita sit
omnibus hominibus suapte natura
deterabilis, ut nullam Indihuius legi-
gis ignorantiam obtendere possint.

PROPOSITIO I.

Nulla ratione, à graui scelere excusari possent, qui Reipublicæ innocentis innocentem oratorem, re, cognita & perspecta, siue legationis causa, siue quousiis alio futili prætextu interfecissent.

i.2.q.10.
a.8.

i.p.q.17
a.3.&q.

79.a.12.

RATIO.

Aut enim negandum erit, vlla esse in illis hominibus ad intelligentiam insita & innata principia: quibus sublati, rationis etiam vsum discursumq; tolli necesse est: aut si quae-

&q.113.
a.4.

i.2.q.76

a.2.&q.

94.a.2.

qua-

Quæstio XXIII.

2.2.q.47 quæ primæ notiones, quibusuis etiam
a. 15. &c. barbaris tribuendæ sunt : hęc in pri-
q.154. a. mis, innocentem, neque interficien-
12. dum, neque lēdendum esse : quæ tam
2.2.q.64 eminentem locum obtinet in suo ge-
a.6.& q. nere, vt medio ferè careat: sitque ipsa
159. a. 2. innumerabilium conclusionum, quæ
ad iustitiae integritatem pertinent,
fons & origo . Itaque, nemo est tam
barbarus , qui dum innocens interfici-
tur, non conqueratur, suamque in-
nocentiam non opponat : nemo tam
agrestis & incultus, qui, cùm contra fi-
dem datā occiditur, non obijciat per-
fidiam tyranno , diuinamque vltionē
imprecetur. Ergo, non sunt Indi de
eiusmodi sceleribus excusandi. Nam,
quæ natura eos docuit conqueri, dum
talia patiuntur: ita vt nullo alio magi-
2.2.q.57 stro indigeant, sed sua sponte in has
a.3. querelas erumpant : hęc ipsa natura
præcepit, alijs non inferre, quæ tibi illa-
lata iniustè , existimares. Confirmatur
quidem à sapientibus , hōc de in-
nocentis vita seruanda notissimum
2.2.q.64 principium, illa demonstratio: quod
a.6. nemo quantumuis nocens sit & per-
niciosus,

Quæstio XXIII. 81

niciosus, per se ipsum consideratus, oc 1.p.q.19
tidi debet: sed diligenter potius, propter a.6.
communis naturæ vinculum & con-
iunctionem. Solum igitur in ordine
ad Rēpublicam, cui nocet, morte di-
gnus censetur. At vero, innocens ni-
hil prorsus lēdit Rēpublicam. Ergo
nulla causa est, cur occidatur. Verum,
huius argumētationis principia, cùm
viris eruditis, eius doctrinæ vim, veri-
tatemque intelligentibus, valde pro-
bentur: tandem apud imperitam multitudinem , non modò magnam lucē
non afferrent illi conclusioni, sed tenē-
bras fortassè citius offunderent. Bar-
barum enim vulgus, quod, non modò
existimat, fas esse, suas quenque iniu-
rias vlcisci & vindicare: sed malis etiā
hominibus, optare & procurare mala;
quemadmodum bona, bonis: vt distri-
butionis illius, quam, nemesis, vocat, a.3.&q.
non solum consentiens , sed ministret 31.a.2.&c
etiam sis & adiutor: cur tandem existi-
mabit, non esse quenquā interficien-
dum, quamvis improbus sit, dummo-
dū Rēpublicæ non inferat iniuriam?
Iam vero, innocentem hominem, ni-
hiſ

Quæstio XXIII.

hil obesse Republicæ, per se quidem apud omnes verum est & satis notū: per actidens vero, multis modis perniciösus esse poterit ciuitati: aut propter tyranni odium, aut propter iniincibilem aliquem errorem, aut propter contagiosi morbi infectionem, aut propter alias huiusmodi causas. Quarum ratione, cur hic occidi non possit, interrogabunt barbari: neque tanquam certum supponi patientur, quod apud ipsos, dubitatione non caret. Si soli igitur illi demonstrationi innitendum eset, inculpatorum & innocentium vita, apud Indos magis periclitaretur. Verum, ipsa per se innocentia, satis suam causam defendit, apud integros indices, quantumvis barbaros. Neq; vero minus notū est, legationem culpa carere. Si enim ad societatem mutuumq; auxilium, homines natos esse constat: perspicuum profectò fit, ad cōmunia colloquia, cum necessitas postulat, concessam esse omnibus facultatem.

PRO

Quæstio XXII.

PROPOSITIO II.

Nocentis iniuriosaque Republicę, 2.2.q.7⁴ innocentem oratorem, qui nullam a.3. tuti colloquij fidem, quam saluum conductum appellant, petere commode potuerit, interficere: tametsi re vera turpe sit & inquinum: fortasse tamē arbitrabitur & disputabit qui piam, non esse omnibus barbaris, ita cognitam & perspectam eiusmodi iniustitiam, ut nullam ignorantiae excusationem ferre possit:

R A T I O.

Apparent enim quædam, quæ baro^{r.2.q.94} rorum iudicium facilè perturbare a.4.&.5. valent, & in errorem inducere. Ni- &.6. mirum, in tali homine, non innocentiam quidē, sed eius Republicę, cuius est pars, culpam puniri: atq; eū ipsum, audaciæ temeritatisque crimen commisso, qui ad hostes sine facultate accesserit, neque iustum ipsorū iram veritus fuerit. Quanquam igitur sibi persuaserint, id quod lex naturalis apertissimè dōcet, innocentem per se interficiendum nō esse: quod tamē

L 2 obscu-

Quæstio XXIII.

obscarius est, vtrum hic innocens sit; atque si revera sit, vtrum per accidens puniri debeat: in eo labi & errare posse. q. 66 terunt. Etenim, cum intelligent, licet a. 8. & q. principi lasso, ex quois membro & 108. a. 4. parte aduersariæ Reipublicæ sibi satisfactionem petere, atque etiam sustinere: tamen ex hebetudine & rustica ignoratio, distinguere nesciunt de rebus, & vita: vel, cum hostis vires esse debilitandas, ob eamq; rem, possè innocentem armis expoliari non dubitant: vsque ad occisionē fortasse, eadem ex causa procedendum esse putant. Huiusmodi ergo rationibus veri similitudinem præferentibus, barbari & errare poterunt, & sui erroris crimen aliquatenus purgare contendunt. Nam, si sapientes viros, probabilis ratio excusat à culpa, quamvis verum non colligat: ita, vt tunc etiam, cum speculatiuè falluntur & errant, ipsos prudenter egisse dicamus, atque tale officium, ex virtute fuisse profectum: cur barbaros homines, à scelere nō exceptusabit sophistica & apparens ratio: a. 1. quę, propter ingenij craſioris imbecillitatem,

Quæstio XXIII.

83
cillitatem, tantam ad hos conuincendos vim habet, quantum probabilius argumentum apud sapientes? Ne igitur, Indos, quibus Regia clementia benignè parcit, facile quisquam condemnet: & quia crudele illis bellum non infertur, seditione conqueratur & expostulet: non solùm, quid ex rei natura, & quum fuerit eos fecisse: sed etiā quonodo decepti fuerint, & qua ratione à crimine aliquatenus purgentur, esse considerandum, ea fortassis disputacione proponetur.

PROPOSITIO III.

Vt verò, quid præterea, iure gentium & naturali, obseruandum sit in bello iusto, cum de oratoribus & legatis agitur, iam proponamus, hanc assertionē subiçimus. Cum nullo iure caueatur, 1. 2. q. ne is pœnas luat, quem sub falsa legationis specie, ad exploranda hostilia castra ingressum fuisse constiterit: aut, dum legationem ipsam obiret, crimen aliquod perpetrasse: tamen non probabilem solūm & leuem, sed gravissimam, & valde manifestam eius

L 3 culpam

Quæstio XXXIII.

culpam esse oportere, qui se orato-
rem & legatum profitetur: vt iure ab
hostibus iustum bellum gerenti-
bus interfici, aut senere puniri pos-
sit.

R A T I O.

Non ob eam solum causam, quia
quaevis crimina, vt puniantur, de-
bent esse luce clariora: sed propter
ea etiam: quia multum refert ad
communem hominum societatem
tuendam & conseruandam, ne ora-
torum legationes obeuntium munus,
quod est in primis necessarium, fiat
triste & formidolosum: si hostili-
bus calumnijs subiacere
deprehendatur.

QVÆ-

Quæstio XXXIII. 84

QVÆSTIO XXXIII.

Emanebit ne apud vi-
rum fidem, Christia-
noque more se contra-
xiſſe putantem, ea vxor Indica, quæ
itaſcītē ad baptiſmū acceſſit, an-
tequām nuberet: vt neque attulerit
fidem, neque quicquā omnino infe-
rius, in Baptiſmo fuſcipere voluerit.

PROPOSITIO I.

Duplex in primis cogitari potest
circa hęc Sacramenta, illius mulieris
dolus erga maritum. Alter quidem, ſi 3. p. q. 68
per culpabilem simulationem, ſe exte a. 7. & 8
riū tantum baptizari permiferit: po- & c. 9. &
ſteā vero, ſciens & volens nupſerit: 12. & q.
ſe inhabilem & impeditam Ecclesia- 85. a. 2.
ſtīca lege, ad nuptias cum Christiano Add. 3.
viro contrahendas non ignorans: p. q. 58.
ſed id tamen impedimentum, verūm a. 1.

L 4 cſſe

Quæstio XXIII.

esse non credens. Alter verò dolus, si
vt ad baptismum suscipiendum, ita
etiam ad matrimonium ineundum, si
etè & fraudulententer accelererit. Atque,
in utroque quidem casu, perspicuum
est, teneri ipsam mulierem, ex obliga-
tione speciali iustitiae, ad virum in-
demnum seruandum, rite & sine fi-
3.p.q.68 ctione suscipiendis Baptismi & Ma-
a.7.&q. trimonij Sacramentis: nisi ipse vir, li-
§6.a.2. berè abeundi fecerit potestatem,

R A T I O.

Iniuriam enim illa, utroque modo
intulit coniugi, more Christiano con-
trahere volenti, seque Christianam
ducere existimanti. Ne igitur diutius,
hoc incommodum vir perferre coga-
tur, præter eam satisfactionem, qua
pro præcedenti fraude debetur, con-
sentendum est iterum in matrimo-
nium, omni fictione sublata, per
veramque Baptismi susceptionem,
obtenta ad nubendum habilitate.

PROPOSITIO II.

Si cogitemus, id quod verisimile
est

Quæstio XXIII. 85

est, apud Indos aliquoties contigif-
fe, eam mulierem nihil cessisse per-
faudem: sed ex inuincibili igno-
rantia, Christianæ fidei magistrum
idoneum non adeptam, ad Baptismū,
tanquam ad rem ludicram & inanem
accessisse, sine villa interius aliquid su-
scipiendi voluntate, sed magis cum
auerione à Sacramento; postea verò
nupsisse etiam bona fide, sine villa in-
abilitatis, dirimentisque impedime-
ti cognitione: in hoc casu, non esset
in conscientiæ foro, propter specialis
iustitiae necessariam obligationem,
ad Matrimonium, vel ad Baptismum
compellenda: quanquam, ad horum
utrumque charitatis lege teneretur.

R A T I O.

Ad coniugium quidem, vt scanda- 1.2.q.19.
lum vitaret. Magnas enim offendio- a.6.&q.
nes sequi necesse esset, nisi verè con- 91.a.4.
traheret. Nam, cum cogenda sit per 2.2.q.37
Ecclesiam, vt cohabitet viro, is, qui a, i,
coniugis dictis fidem adhibere non
debet, iure debitum petet. At illa, que
sue fictionis sibi conscientia est, aut mori
L 5 potius

Quæstio XXXIII.

potius, quam fornicari constituet; si castitatem colere voleret: ex quo grauis dissensio concitatitur, ea que iusta, ex vtraque parte, propter inuincibilem ignorantiam viri: aut si, id, quod verisimilius est, mulier, ex naturali imbecillitate consenserit in concubinatum, manebit semper in misero damnatio-

i.2.q.96. nis statu. Hæc autem inconuenientia vitare, pertinet ad charitatem. Ex cuius etiam officio, tenebitur eadē mulier ad baptismū: non solū, vt Ecclesiam ingressa, suæ animæ saluti consulat,

a.4. sed, vt habilis etiā ad matrimonium fiat. Ex iustitia vero erga virum seruandæ obligatione, propterea, neque

3.p.q. 68 baptizari neq; nubere tenebitur, quia a.2.

2.2.q. 34 inuincibilis ignorantia fecit, vt nulla 59.a.2. cuiquam inferretur iniuria, neque vilia debeatur restitutio, aut remedium incommodi subsequuti. Atque, hæc fe-

i.2.q. 6. rē omnia, quæ de dissentiente in Baptismo disputata sunt, pari fortasse

a.3. 3.p.q. 68 modo intelligenda erunt de illa, quæ a.7.&c.a. neque volens, neque nolens, sed per-

12.&c.q. mittens, &, vt Philosophi loquuntur 69.a. 6. non voluntaria, Baptismum suscepit.

Quod

Quæstio XXXIII. 86

Quod, si apud alias gentes rarius contingit, apud quosdam tamen Indorum frequentius accidere, facile suspicabitur, qui aliquorū recordiam, & pusillanimitatem habuerit perspectam. Hunc vero baptismum, violentum esse, ideoque irritum & inanem, ex ipsa violenti definitione colligitur: cùm & ab extrinseco veniat, & passum non conferat vim: non quod hanc definitionem sic interpretemur, vt minimè necessarium esse existimemus, ad violenti rationem, aliquo modo resistere. Sed quod in rebus arduis, magnique momenti, cu in simili est Christianæ religionis professio, is virtualiter repugnare, occidetur contrariæ voluntatis oppositione intelligatur, qui non præbet afferendum.

PROPOSITIO III.

Quia vero illam mulierem, ad Baptismum iterum suscipiendum, teneri diximus: respondendum est, occurrenti statim difficultati, an, is Baptis-

Quæstio XXIIII.

Baptismus, ex iudicis Ecclesiastici au-
toritate sit conferendus. Responde-
tur autem, vix vñquam posse in exte-
riori foro, talem licentiam, ob eius ge-
neris causam consultò concedi.

R A T I O.

3.p.q.66 Nam, quia rebaptizandi periculū
a.8.&c.9. horret vehementer Ecclesiastidex Ec-
clesiasticus committere non debet, vt
2.2. q.69 propter vnius mulierculę, de se ipfa
2.3. testimonium: quod, & plarunque est
3.p.q.66 exigui ponderis, & h̄c propter incō-
2.9. stantiam ferē nullius: lex iniuiolabilis,
Baptismi non repetēdi, in discrimen
1.2.q.113 adducatur. Etenim, si prudenter caue-
2.3. tur, ne paruuli, quibus nullus aliis est
3.p.q.67 in ea ētate, aditus ad salutem, nisi Ba-
2.4. ptismi actu rēquē ipsi recepti: ex le-
uissima quaq; & temeraria suspicio-
ne, iterūm sacramentaliter abluantur:
3.p.q.68 quanto magis id caendum erit in
a.1. &c.2. adultis, quibus Baptismi votū, ex cha-
&c.3. ritate suscepimus, satis esse poterit ad
salutem, dum exterioris lauaci perci-
piendi facultas desideratur? Nisi ergo,
eiusmodi mulier suam fictionē publi-
cē

Quæstio XXV. 87

cē declarauerit, rectè ipsi consuli pos-
set: vt, quoniam solennioris Baptis-
mi non appetit spes, se priuatim se-
cretōque baptizandam curaret, ite-
rumque consentiret in matrimoniu. 3.p.q.66
2.10. &
Sed, si publicē deferri fictionis histo-
ria iam cœperit: quoniam scandalum 4.
tollendum est, non satisfiet difficulta-
ti, per secretam Baptismi receptionē:
poteritque is casus inter illos recei-
seri, qui circa si &a matrimonia solent
occurrere inticati.

QVAESTIO XXV.

 Nliceat Indis, indifferen-
tes maiorum traditiones,
ob solam antiquitatis ob-
seruationem retinere.

PROPOSITIO I.

An aliquid intrinsecæ supersticio-
nis, in illa nimia traditionum obser-
uatione contineatur, hic queri & du-
bitari potest. Nam, in supersticiosos fi-
nes,

Quæstio XXV.

1.2.q.18. nes, eam obseruationem extrinsecè,
a.7.&q. ex parteque operantis esse satis refe-
72. a. 3. ribilem; quia notissimum est, dispu-
2.2.q. 81 tationis diligentiam non postulat.

a.4.&q.
154.a.10

R A T I O:

Nam, cùm res etiā per se sanctas, ad impium dæmonis cultum referri, ex hominum malitia peruerfaquæ intentione contingat: quid erit de illis existimandum, quæ per se sumptæ, nihil sanctitatis aut honestatis continent, sed aut illicitæ sunt, aut fastem indifferentes?

2.2.q. 92 Illud igitur proponitur explicandum: cùm tria sint superstitionis genera, idololatria, impia diuinatio, & impius ritus: lateatne in hac Indica obseruatione, aliquid idololatriæ, aliquid diuinatricis impietatis, aut

2.2.q. 95 ritus superstitionis. Atq; horum trium, a.2. vnum aliquod si appareat, detestabilem & execrandam eam venerationem efficiet. Neque enim, vt in vera religione cultus, doctrina & directio continentur simul, ita etiā in superstitione, illa tria simul erga
dæmo-

Quæstio XXVI.

dæmonem contineri necesse est. 2.2.q. 79
Nam, cùm plura ad virtutem requiri- a.3.
rantur, tamen vnius defectu vitium
existit.

PROPOSITIO II.

Indifferentes maiorum traditiones obseruare, quamvis in eo genere virtutis modis excedatur, formaliter su persistiosum non est.

R A T I O:

In maioribus colendis & venerantibus excessus, cùm circa obseruantiaz a.11.&q. pietatisquæ materiam versetur: ad 72.2.9. ipsum haruni virtutum genus reducitur, ibidemque formaliter persistit. 2.2.q.21. Quare, cùm obseruantia & pietas dif- a.3. ferant à religione: ex eo intelligitur, vitium circa maiorum veneracionē, ad superstitionem, quæ religionis im 2.2.q.92. pure vitium est, non attingere: nisi a.1. aliquid aliud accedat nimis majorū 1.2.q.18. venerationi, per quod, in deterius a.10. genus transferatur. Hoc verò, quād 2.2.q.11. sit verisimile apud Indos, planum fact a.1. ex doctrina sequenti.

PRO-

Quæstio XXV.

PROPOSITIO III.

Quidquid honoris exhibent Indi; maiorum suorum infidelium traditionibus: id omne ad ipsos maiores infideles referri censemur, non improbabili argumentatione.

R A T I O.

Quoniam omnis honor rei subsistenti, per se exhibetur, rei vero non subsistenti per accidēs: manifestē constat, non posse reverentiam illam in ipsis traditionibus confisterē; sed vltius ad personam aliquam referendā esse. Ad quem vero referri, verisimilius apparebit, quām ad ipsarum traditionum auctores & conseruatores.

PROPOSITIO IIII.

Non leuem impie superstitionis suspicionem affert, nimium studium ad hibere in eorum traditionibus retinendis & conseruandis, qui dæmonū idololatralentes ē vita decesserunt.

R A T I O.

Quanquam enim, in hominibus il-

lis

Quæstio XXV. 89

lis, idololatriæ vitium, ab antiquitate auctoritate, vt ratione disiungi, ita etiam voluntatis electione separari queat: tamen in huiusmodi subtiliori distinctione versari sine necessitate, periculose est, barbaræ præsertim, aut imperitæ multitudini. Quo circa, apud huius etiam antiquioris orbis Christianos, quidam reprehendi solent: qui ex prophætæ gentilitatis nebris, nomina filijs imponenda proferunt, infidelium hominum commemorationem, sempiterna obliuione dignam, pro venerabili sanctorum memoria recolentes & usurpantes.

PROPOSITIO V.

De suspicione igitur hæc dicta sunt: sed illud tamen constat, impia superstitionis esse, si maiorum traditiones obseruent Indi, tanquam necessarias aut vtiles ad aliquem finem, ad quem suapte natura non conferunt.

R A T I O.

Nam, si eiusmodi traditiones nullam efficientem virtutem continent, aucto-

M. ana-

2.2.q.84
a.3.&q.
89. a.6.

2.2.q.96
a.2.

Quæstio XXV.

à natura insitam eius euentus, qui ab obseruatoribus expectatur: reliquum profectū est, vt tanquam signa quedam usurpentur, soliusque significatio-
nē causa vtilest sore credatūr. Quæ significatio, cùm neq; ad verum Deū, neque ad homines referatur: ad occul-
tam dæmonum opem implorandam, pertineat necesse est. Ex quo intelli-
gitur, tantam esse inutiliū & inaniū obseruationū, propter vtilitatis spē usurpatarum malitiā: vt non modō
2.2.q. 95 cùm expressè ad dæmonis inuocatio-
a.2. &c. 3. nem referuntur, sed etiam si nulla dæ-
monis mentio fiat: & quod maius est,
etiam si expressa ipsius dæmonis de-
testatio pronuntietur: tacitum tamen paetum implicent cūm eodem mali-
gno spiritu, impiaq; societatis initæ,
reos observatores efficiant. Etenim,
cūm dæmon falsitatis auctor, defen-
sor & patronus sit: tum verò ijs, maxi-
mè mendacijs delectatur, ex quibus
1.p.q.115 aliquem diuinitatis cultum usurpare
2.5. & arrogare sibi ipse possit. Qua pro-
2.2. q.95 pter, immitet se statim huiusmodi
a.2.&q. superstitionibus: quas & mendaces es-
96. a. 3. se nouit, & ad homines impia reli-
gione

Quæstio XXVI. 90

gione implicados aptissimas. Suapte igitur natura, talia obscura & iniuti-
lia figmenta in dæmonem referuntur:
quemadmodum honestas ex genere
& circumstantijs actiones, in Deum
referri inter pretamur, etiam si is, qui
honestè operatur, infidelis sit, neque 2.2.q. 10
illum finem sibi formaliter proposue- 2.4.
rit ad agendum.

QVAESTIO XXVI.

V Trūm, Indis suadendum
sit, vt per interpretēm con-
V fiteantur, si verisimile vi-
deatur, interpretēm secreti fidē non
seruantur.

PROPOSITIO I.

Cūm generalis sermo habetur, sim-
pliciter & absolutè suadendum est
Indis, vt si alia via confiteri non pos-
sunt, at certè per interpretēm con-
fiteantur.

M 2 RA*

Quæstio XXVI.

R A T I O.

- 1.2.q. 66 Quæ per se honesta in primis &
a.3. laudabilia sunt, quamvis neque necessitate præcepti continentur, neque
2.2.q. 49 semper & ubique, honeste & laudabilius fiant, absoluere tamen & generaliter suaderi debent. Cum igitur sacramentalis confessio, quæ aliqui diuinio & humano iure præcipitu: squatenuis quidem, ob ignotam confessariam pœnitentis linguam, per interpres fit, illiusmodi sit: p[ro]p[ter]e sapienterq[ue]; ab ipsis suadebitur, qui, non de singulis casibus differunt, sed amplam & in definitam de vniuerso genere, disputationem habent.
- Add.3.p q.9.a.3.

PROPOSITIO II.

Vt per infidū etiam proditoremq[ue] interpretarem, cum deest copia melioris, pœnitens cōfiteatur, hac sane conditione videtur exhortādus: scilicet, nisi tanta in illo deprehensa fuerit mentiendi fallendique libido: vt intra confessionem etiam ipsam, falsa & infideliter colloquentium verba redditurus, fictasque sententias inter-

nun-

Quæstio XXVI.

91

nuntiatur fore existimetur: vel, nisi occulta crimina interpretanda, tam turpia sint atque nefaria, vt, si forte Add.3. extra confessionem fuerint diuulgata, aut graue populi scandalum comoueant: aut magnum dedecus & ignominiam afferant pœnitenti, qui bono indiget nomine ad præstāda virutis officia,

R A T I O.

Sive homo sua fama dominus sit, 2.2.q. 73 vt quidam asserūt, sive custos solum, 2.4. vt alij contendunt: illud tamen certum est, sua quemque fama tuendæ precepto teneri, cum ad proximi redifica tionē, aut veræ honestatis, virtutisq[ue] conseruationē videtur esse necessaria. 2.2.q. 62 At verò, cōfessionis per interpretēm a.6. ineundæ, nullū extat præceptum, sed consiliū tātummodò. Si igitur consilijs, sunt præferenda præcepta, non erit confessionis secretum, cum talia famæ iactura, apud quem &.q.189 quam committendū interpretem.

M 3 PRO-

a.1.

Quæstio XXVI.

PROPOSITIO III.

2.2. q. 3. De confessione, quæ propter Sacramentalis pœnitentiaæ necessitatē fit, superiores propositiones sunt intelligendæ. Nam ad difficiles quidem & urgentes conscientiaæ causas expli-
candas, etiam infidum & secreti parū obseruantem interpretem, apud sacerdotem adhiberi, nonnunquam oportet : quamvis grauis famæ iactura subeunda sit, & scandalum etiam per accidens excitandum.

R A T I O.

Incidunt aliquando casus, in quibus extra confessionem, si opus sit, suum quisque peccatum prodere debet; veluti si quempiam falsi crimini accusauerit, aut alia magni momenti restitutio publicè præstada fuerit. Multò igitur magis oportebit in his ipsis casibus, necessarij consilij pertendi causa, prudentem confessarium alloquii per interpretem. Cùm cō etiā tutius sit, per viam Sacramentalis cōfessionis rem detegere, quia si interpres in fiducia secreta proddiderit, poterit

2.2. q. 62.
a. 6.

Quæstio XXVI. 92

terit poenitens, & in iudicio, & extra iudicium iureirando confirmare: se a. 1. nihil tale dixisse, aut cogitasse vn. Add. 3. quām, sed per falsum testimonium, p. q. 11. a. crimen non auditum ab interprete 1. & 3. configi.

PROPOSITIO IIII.

Non est igitur, hic per talēm interpretem confitendi modus, omni ex parte grauis & periculosus: cùm persertim hac via confessurus, possit ea crimina in confessione reticere, quæ proditor interpres foras enuntiaturus videretur.

R A T I O.


Nam, si hac reticentia materialique peccatorum dimidiatione licet uti nonnunquam, apud sacerdotē etiam ipsum separatim & per se cōfessiones audientē, si fracto sacri sigilli, aut valde lubricus si iudicetur: cum id licebit propter interpretis leuitatē, & per fidiam? Nam prohibere quidem tunc temporis confessionem, perinde, atq; si nulla omnino esset copia cōfessarij,

M 4 tole

Quæstio XXVII.

3. p. q. si tolerabile videretur, dum spes appa-
a. i. & q. reret, idoneum confessarium breuiter
65. a. 3. & inueniendi. Sed, si talis vix sero expe-
4. & q. stetur, vt apud Indos: non est seu erè
67. a. 3. et & nimis rigidè quisquam, necessario
q. 84. a. 3. Sacramenti auxilio priuandus, atq;
& a. 7. et ad incertæ contritionis minus tutum
q. 86. a. 1. remedium remittendus.
& 2. & 6.

QUESTIO XXVII.

 Trum liceat alicui, pri-
uata auctoritate Indorū
 idola confringere.

PROPOSITIO I.

2. 2. q. 10. Quibus nondum bellum illatū est,
a. 8. facultate legitima, eorum simulacra,
non sunt ob solam idolatriæ culpā,
ab homine priuato confringenda.

RATIO.

1. 2. q. 90. Cùm diuinæ offendionis, non letio-
a. 3. & q. ris solùm, sed quantumuis etiam gra-
92. a. 2. uis instrumenta tollere, coactionis cu-
iusdam

Quæstio XXVII. 23

cuiusdam & iudicij officium sit, ad
publicam potestatem pertineat ne-
cessere est: quemadmodum etiam pu-
niendi & vindicandi ius, ob eā ipsam
causam priuatis hominibus non con-
ceditur, sed principi iudicique legitimo
reseruatur. Quamuis igitur idolo-
latriæ peccatum, grauissimè Diuinā
Maiestatem offendat: non vult tamē
ipse Deus, vt quiuis temerè talis scele
ris impediendi, aut vlciscendi faculta
tem, compulsiuamque administra-
tionem usurpet: sed, vt hac etiam a. 10.
in re, quemadmodum in cæteris cri-
minibus, naturalis iudiciorum ordo a. 10.
conseruetur.

PROPOSITIO II.

Quæ simulacra, formalem aliquam 2. 2. q. 10.
& directam in Christianam religio- a. 8.
nein blasphemiam, aut illusionē con-
tinent, ea priuato etiam homini, vbi-
cunque reperiantur, ita confringere
licebit, vt non temere & sine di- 2. 2. q. 3.
uinæ gloriæ fructu, mortis a. 2. & q.
periculo se ex- 10. a. 10.
ponat.

M 5 R A-

Quæstio XXVII.

R A T I O.

- 2.2.q.50 Si vim vi repellere, & publicæ po-
a.4.&q. testatis, & priuati etiam hominis est:
64. a.7. cùm illis blasphemis execrandisque si
2.2.q.10. mulacris, non solùm diuini cultus ma-
a.8. iestas offendatur, quod est omni idolo
latriæ commune, sed per formalem
2.2.q.73 præterea directamque Christianæ re-
a.7.&q. ligionis obtrectationem, fidei, suscep-
108. a.1. ptio impediatur, & retardetur: licebit,
profecto huius iniuriæ, non punien-
dæ, sed propulsandæ causa, homini
priuato Indorum idola euertere atq;
2.2. q.3. delere. Eritque is zelus sanctus, pie-
a.2.&q. tatisque laude dignus: nisi ob impru-
ro6. a.4. dentem sui periculi, aut alicuius scan-
&q.124 dali circunspecti neglentiam,
a.1. actus ex genere laudabilis, vitiosus
efficiatur.

PROPOSITIO III.

Atque, illam quidem idolorum bla-
phemam contra Iesum Christum im-
pietatem, impedire, coercereq; si pos-
sis, consilij quidem interdum est: in-
terdum verò præcepti, etiam si ob
eam causam opus sit obire Martirium.

Quo

Quæstio XXVII. 54

Quo in casu, nō est difficile, illi que-
stioni respondere: an æquale crimen
sit non prohibentis Indis idololatriā,
cùm & possit, & debeat: atque eos
ipsoſ ad idola colenda inducentis &
incitantis. Nam, si conniuientis omis-
sio, nō ex impia superstitione, sed ex
metu, vel ex desidia, vel ex quauis
alia eiusmodi causa profiscatur: nō
est ea sanè cum suadentis scelere, ad
vnam eandemq; peccati speciem re-
ferenda.

R A T I O.

Vt enim cōmission & omission sint
eiusdem speciei, non satis est vtrāq;
circa vnam eandemq; materiā versa-
ri: nisi sub vna etiā ratione formalī, ad 1.2.q.72.
objectionem referantur. Quo circa, cùm a.6.&.8.
omissionem ad cōmissionis speciem 2.2. q.53
reducere docemur: hoc Theologi, nō a.2.
de omni quidem omissione intelligē-
dum esse censem, sed de illa solā, que
cōmissionem cōsequitur, per idem
motuum impulsū: veluti, cùm is, qui
ex auaritia furtum cōmisit, omittit
deinde ex codem vito, furti restitu-
tionem.

PRO

Quæstio XXVII.

PROPOSITIO IIII.

Atque de omittente quidem, sic di-
sputatur, de ijs verò, qui in eo genere,
officij normam exceedere videntur,
illud sub censura sapientiorum, veri-
similiter aduertendum occurrit. Apud
Indos in Christiani Principis potesta-
tem redactos, & humana etiam lege
idololatriam detestari iussos, licere
fortasse homini priuato, ex quadam
non iniqua publicæ voluntatis inter-
pretatione, dæmonum idola & si-
mulacra delere: si id fiat sine dimica-
tione, sine direptione bonorum, & si-
ne alijs scandalis.

R A T I O.

2.2.q. 50 Quia nequeunt Principes in illis
a.1. & q. Indorum regionibus, per publicos so-
66.a. 8. lüm ministros, vt stricta iuris ratio
postulabat, idololatriam, quæ latissi-
mè patet, abolere & extirpare: hâc for-
fitâ Christianis, vel ex consuetudi-
ne, vel ex equitate licentiam & fa-
cultatem concessisse putantur: vt, si
quæ idola deprehenderint, ea delere
& constringere possint, cum predictis
cir-

Quæstio XXVIII. 95

circumstantijs. Itaque, nemo ob eam
præcisè causam, fit reus usurpatæ po-
testatis, quod equidem audierim, sed
potius Christianæ religionis nomine
laudatur.

QVAESTIO XXVIII.

 *N*liceat Indicis mulieri-
bus, naturales & adulie-
rinos filios, ex Hispano-
rum concubitu precreatos, quos il-
lic mestizos nominant, liberalius
educare, maioriȝue sumptu alere,
quam, quos ex legitimo Indoruȝ con-
iugio pepererunt.

PROPOSITIO I.

Si qui Indorum, huius antiqui or-
bis ius non suscepserunt, neque pro-
prias ciuiles leges, aut consuetudines
rationabiles habent de filiorum suc-
cessione & educatione: ij, siue patres,
siue

Quæstio XXVIII.

siue matres sint, nullam propriè iniustiam committent, si legitimis coquauerint spurios & adulterinos filios: dummodò cætera sint paria, equalis de prole certitudo, æqualis indigentia, meritaq; in ipsis parètes equalia.

R A T I O.

Nam, si de lege naturali, nulla specialis poena est pro hoc statu, ijs constituta, qui per se culpam committuntur: quanto minus ijs, quibus nulla hoc in genere culpa tribuitur? Deinde, cum de ipsa lege naturali præcisè considerata, infideles filij non minus succedant parentibus, quam fideles, cum infidelitatis crimen grauissimum sit: cur illegitimi succedent minus quam legitimi, cum illegitimum nasci, nulla culpa fuerit?

P R O P O S I T I O II.

Iustæ cuiusdam distributionis esset, intra limites etiam ipsis iuris naturalis, vt legitimi, cæteris paribus, liberalius educarentur, potioremq; partem hereditatis acciperent, quam spuri & adulterini.

RA-

Quæstio XXVIII. 98

R A T I O.

Nam, cum ipsa natura docente, legitimus filius, nobilior & præstator sit, quam illegitimi: equum profecto est, ut illi præstantiora deferantur. Cuius 1.2.q.95: equitatis ratione, omnes cultiores gen. a.4. tes complexe sunt, ciuiliusq; legum 2.2.q.44 ardiori vinculo confirmarunt. Quo a.8.&q. sublati, illius naturalis distributionis 79.a.2. equitas, non ideo solùm à perfecta iustitia ratione deficit, quia inter parentes & filios simpliciter iustum non veratur: sed quia intra ipsam etiam latitudinem iusti secundum quid, moralis potius quam legalis debiti locum obtinet, ea comparationis inter filios & prælationis honestas. Neque vero idcirco est contemnenda hæc obligatio: cum præsertim non leuis inimicitarum occasio, legitimis filijs præbeatur, si spurios & adulterinos animaduertant, sibi fieri in successione coquales. Hæc igitur de Indis, nullo ciuili iure cultis intelligenda sunt. Veruntamen, si forte Indi hac in re huius orbis leges sequuntur: poterunt de ipsis sequentes assertiones proponi, quas

Quæstio XXVIII.

quas ex communi iure desumpsimus.
Iuris verò Castellani, legitimos longè præferentis determinationes, si vñquam hac in re practicantur apud Indos, videre licebit in Recopilatione lib.5.tit. 8.

PROPOSITIO III.

Naturalem filium, si magis indi-
2.2.q.32. geat, aut dignior sit, quām legitimi, &
a.8. sumptuosius alere, & liberalius edu-
care licebit matri, aliquam rei fami-
liaris partem, vel suo iure, vel ex con-
sensu coniugis administranti.

R A T I O.

Ex legitimis silijs, non prohibetur
mater, alijs eos præferre, qui, vel magis
indigent indulgentiori educatione,
vel præstantiores sunt, & magis pijs
erga parentes. Licebit igitur, ob has
ipſas causas, naturalem etiam filium
legitimis anteponere. Nā, ciuiles qui-
dem leges communes, quōd ad matrē
attinet, legitimis coequaliunt natura-
les filios: quos ad parem cum illis ma-
ternæ hereditatis diuisionē admittūt.

Quod,

Quæstio XXVIII. 97

Quod, quia multò aliter, Castellæ le-
gibus dispositum est, non erit hæc af-
fertio ad talis iuris obseruatores ex-
tendenda.

PROPOSITIO IIII.

Filius adulterinus, aut ex quovis fa-
cilego, vel ciuiliter damnabili concu-
bitu natus, non est legitimis præfe-
rendus, neque exæquandus: sed illud Add. 3.
prouidendum, ne ad vitæ sustentatio p. q. 68.
nem, careat necessarijs alimentois. a.2.

R A T I O.

Adulterinum filium, vel ex quo-
uis alio concubitu apud homines pu-
nibili natum, ciuale iūs, ita ab vtriusq;
parentis hæreditate expellit, vt neq;
ad eum quidem alendū, ipsam etiam
matrem cogat. Multò igitur inferiori
loco, quām legitimos illum esse vult; i.2.q.81.
ob admissi à parentibus, turpisimi a.1. & 2.
flagitiij detestationem. Quamobrem, &q.87.
secluso cōsuetudinis iure, iniustè age- a.8. & q.
rent Indicæ foeminæ: si eiusmodi adul 105 a.3.
terinos filios, ab huius orbis, atque Hi 3.p.q.14
spanis etiam amatoribus procreat, a.1.

N libe-

Quæstio XXIX.

liberalius educarént, aut alerent spleni
r. p. q. 20 didicis, quidam quos ex legitimo Indo-
2.4. rum coniugio pepererunt: nisi tam di
1.2. q. 57 uersa esset vtriusque prolis conditio,
a. 6. vt Indorum quidem filij, paucis indi
2.2. q. 26 geant, & parum ingenio valere puten
a. 10. & tur, ad præstantiora munera exercen-
q. 32. a. 9. da: illi verò, quos mestizos appellant,
&. 10. & multò pluribus opus habeant ad suæ
q. 81. a. 6 conditionis decentiam, ingenijque &
animi dotibus præstantiores existat:
ita, vt liberales artes doceri, & Rempu-
blicam administrare, & ad sacerdotij
dignitatem promoueri soleant.

QVAESTIO XXIX.

Vtrum, apud infideles In-
dos, graui Christianedo-
ctrinæ inopia laboran-
tes, sibi quisque euangelizandimur-
nus, sine Episcopi licentia usurpare
posset.

PRO

Quæstio XXIX 98

PROPOSITIO I.

Missione & licentia opus est omni-
nō ad prædicandum, idque non hu-
mana lege solū, sed etiam iure di-
uino.

R A T I O.

Quomodo prædicabunt nisi mittan-
tur? inquit Paulus. Sed præter huius
testimonij, complurimūque aliorum
auctoritatē, hac etiam demonstra- 2. 2. q.
tione confirmari potest Propositiō. 184. a. 6.
Purgandi, illuminandi, & persiciendi 3. p. q. 64
officia, Diaconis, Presbyteris, & Epi- a. 1. & q.
scopis sunt distributa. Omnis autem 67. a. 1.
prædicatio, purgatione, illuminatio- & q. 82.
ne, & perfectione continetur. Omnis a. 3.
igitur prædicatio concluditur sacris 2.2. q. 10
ordinibus. Quorū munera, cū diuino a. 12. &
iure fuerint constituta & definita, ex q. 39. a. 2.
eo intelligitur predicationis officiū, & q. 177
non cuiuslibet a Domino fuisse re- a. 1. & q.
latum. Atq; hanc quidē dōctrinā, sic 185. a. 1.
intelligere oportet, vt & Presbyteris & q. 187
etiam ipsis, necessaria sit ad id munus a. 1.
exequendū, Episcopalis facultas & ap 3. p. q. 67
probatio, pertinēs ad iurisdictionem: a. 1. & 2.
& com

N 2

Quæstio XXIX.

& committi præterea possit alijs,
quam Presbyteris administratio præ-
dicationis.

PROPOSITIO II.

2.2. q. 220. Communis est illa omnibus vtrius-
187. a. 3. quæ sextus fidelibus facultas, priuato
3. p. q. 55 familiarique sermone Christianam re-
a. 1. & q. ligionem laudandi, notioresque fidei
67. a. 4. articulos, plena & sincera commemo-
ratione referendi: neque ad hæc pri-
uatum, vt diximus, & sine argumen-
torum contentionе, humiliter, & mo-
destè pronuntianda, opus erit cuiquā
Episcopali concessione atq; licentia.

R A T I O.

2.2. q. 32 Partim enim ea pertinent ad spiri-
a. 2. & q. tualis eleemosynæ fraternæque eru-
33. a. 1. ditionis, aut correptionis legem: quæ
neminem exceptum esse vult, sed om-
nes complectitur, & laicos, & cleri-
cos, & viros, & foeminas: partim etiā,
ad fideli confessionem, quæ opportu-
2.2. q. 10 no tempore omittenda non est: par-
a. 9. & q. tim præterea, ad diuinæ gloriæ cele-
77. a. 2. brationes, Christianæque religionis am-
plifi-

Quæstio XXIX. 99

plificandæ studium: quod otiosum es 3. p. q. 67
se non debet, sed pro vniuersitatisque a. 7. & 8.
viribus, ordine, & gradu ad Catholicæ & q. 71.
Ecclesiæ utilitatem conferendum. a. 4.

PROPOSITIO III.

Atque superiores quidem Proposi-
tiones perspicue sunt, communique
consuetudine comprobantur: tertiam
verò, quæ difficilior apparebit, raroq;
occurrit exercenda, modestè profere-
mus, saniorem semper sententiā, de-
bita humilitate sequuturi. Propositio
verò hæc est. Vrgens grauissimæ cer- 2.2. q. 3.
tissimæque necessitatis casus, non ab a. 2.
humana lege solùm, sed à diuino etiā
positiuo iure, missionem & licentiam
in prædicationibus præcipiente & po-
stulante, exceptus esse intelligitur: ita
vt propter iuris naturalis atque abso-
luti præceptum, & licere & oportere
existimandum sit, Catholicam Roma-
næ Ecclesiæ doctrinam, sine expressa
absentis prælati licentia, prædicare: nō
priuatum solùm, sed publico & cele-
bri loco, neque breui tantum, & pla-
no sermone, ad formam Catechismi,

N 3 fed

Quæstio XXIX.

sed longiori etiam & elevationi oratione, ad formam copiosæ ornataæque concionis, aut subtilis & acutæ disputationis: hæc omnia, vt diximus, ex 2.2.q.96. a.6. gente, aliqua grauissima, euidentissima, & vrgentissima necessitate, Episcopi adestundi, licentiaque petenda facultatem, omnem excludente.

R A T I O.

Nam, primum quidem, de catechizandi potestate in tali casu prohibetur 2.2.q. da nemini, qui Catholicè & sufficiēt 190. a.2. ter ea operā prestitorus sit, dubium esse 3.p.q.67 non potest: cum baptizandi in tali arti a.3.&.4.culo necessitatem, omnibus iniunctā &.5. esse sciamus: sitque catechisinus in 3.p.q.71. adultis, necessaria preparatio, non solennis solum, sed priuati etiam baptismatis: ita, vt, cui principale, id est, Sacramenti administratio præcipitur, ei accessorium, & omnino requisitum denegari, improbatibile videatur. At inquires, sit ita sanè, catechizare priuatimque instruere, in eo casu licet, sine speciali commissione: tamen publicè docere, subtilioremque dispu-

Quæstio XXIX. 100

disputationē habere nō liceat. Quid, si necessitas hoc utrumque postula- 2.2.q.10 re, non videatur solum, sed indubitan a.7. ter existimetur? Ut si vniuersa infidelium ciuitas, Christianam religionem suscipere cupiat: neque sacerdotis copia sit, neque commodè experstari possit, bello, aut peste, aut tyranni persequutione, moram non ferente, sed breue acceleratumque medium flagitante. Atque singamus eum casum, qui non solum contingere potest, sed saepius etiam, ineun- 2.2.q.100. a.2. ter verisimile est contigisse: munda- næ, scilicet, sapientiae philosophos velle sophisticis obiectionibus, obfistere Euangelicæ veritati, cum ingenti fidei periculo: neq; quenquam alium adesse, qui se illis opponere, ipsorumq; argumēta refellere & cōfutare valeat, nisi laicum aliquem: qui huic muneri sit quidem idoneus, sed missus tamen non fuerit. Quis neget, in eo casu Diuam Catharinā imitari licere: que, cū foemina esset, subtiliter disputauit, & vicit, cōcionemq; habuit & persuasit?

N 4 Neque

Quæstio XXX.

Neque verò id ad specialem reuelationem referendum est. Nam, etiam si nullum speciale ea de re mandatum accepisset: ipsa pereuntis ignoratissimæ. ^{1.2.q.96.} populi extrema ferè necessitas, cui ex diuino præcepto subuenire oportet. ^{a.5. 3.p.q.8.} bat: spesque ingens periclitantis ^{a.8.} Christianæ religionis exaltandæ, propter quam prædicationis officium fuit institutum: sanctam, sapientemque virginem ad id munus tunc temporis tantummodo, & cum talibus solum cirkunstantijs, quæ rarissimè contingunt obeundum, impellerent & incitarent,

QVAESTIO XXX.

N Indos iniuriosè decipiunt, ipsiusnè scandalum obijciant, vendentes herbam quandam, vel fruticē **K** occam nomine: qui humano usui prorsus ineptus, inutilis que esse dicitur, & ad impium Idolorum cultum, ab Indicis gentibus adhibetur.

PRO-

Quæstio XXX. 101

PROPOSITIO I.

Vt priùs de inutilitate, quām de impietate dicamus, sic proponendum videtur: non propterea peccare contra iustitiam huius arbusculæ venditores, quod ea inutilis sit: dummodò vulgariter tanquam utilis habeatur: neque aut ipsi venditores talem utilitatem ^{2.2.q.77} confinxerint, aut brevi aliquo & casuali vulgi errore abuti velint.

R A T I O.

Nam, quemadmodum communis hominum æstimatio, iustum rei minus utilis precium augere potest, & contrà utilioris minuere: sic etiam rei prorsus inutili & vanæ, iustū aliquod precium valoremque conferre. Quam obrem, si Indi ferè omnes in eo errore versentur, vt existimant, illius fructis folia esse salutaria: vendi potest tanti, quanti cōmuni estimatione fit: non modò, si ipsi commoniti se falli velle dicant, & liberaliter tanquam donantes offerant pecuniam, sed etiā si generalibus verbis, se nolle decipi testentur. Neque enim huius vendi-

N 5 tionis

Quæstio XXX.

tionis æquitas, ementium liberalitati
 2.2.q.77 iuitur, sed vulgari æstimationi, com-
 a.2. munis erroris auctoritate stabilitæ.
 Atque de iustitia quidem eius com-
 mercij diximus: de charitate vero fe-
 quentem assertionein proponemus.

PROPOSITIO II.

Peccarent contra charitatem ih-
 lius fruticis venditores, si ipsum futi-
 lem prorsus, nulliusque utilitatis esse
 intelligerent.

R A T I O.

Nam, ut nunc de impietatis idolo-
 2.2.q.69 latriæque occasione nihil dicamus, mi-
 a.2. nistri certè fierent tales venditores,
 2.2.q. prodigalitatis ementium, siue forma-
 lis ea sit, siue materialis. Nam, vtroq;
 150.a.1. modo à videntibus, qui rem nō igno-
 1.2.q.18. rarent, prodigalitas ipsa formaliter
 a.9.&q. participaretur. Quod vitium, tametsi
 73.a.9. veniale esse solet: hīc tamen ideò gra-
 &q.88. uius appareret, quia, propter Indorū
 a.2. egestatem, & miserabilem inopiam,
 2.2.q. esset cū quadā crudelitate inhumani-
 118.a.8. tateq; coniunctū. Qffenderetur præ-
 tereā

Quæstio XXXI. 102

tereā non leuiter ipsa Respublica: cui 1.2.q.92
 cùm mercatores vtilē & profuturam a.2.&2.2
 operam præstare deberet: tamen fru- q.23.a.7
 stra suum studium, & labore insume- &.q.77.
 rent, solius turpis lucri cupiditate in- a.4.
 uitati.

PROPOSITIO III.

Has igitur assertiones de Koqua,
 non valde laudato commercio, ex hy-
 pothesi proposuimus, secluso supersti-
 tionis scādalo: de quo nō opusest mul-
 ta dicere. Nam, si ad omnē humanum 2.2.q.93
 vsum, sit re vera ineptius ille frutex, a.4. &q.
 preterquam ad idolatriam: quis du- 169.a.22
 bitat inexcusabiles fieri ipsius vendi-
 tores: cùm superstitionis participes es-
 se ceasentur, quemadmodum artifi-
 ces idolorum, taliumq; templorum
 architecti? Quod si Koqua, nō sit om- 2.2.q.73
 nino futilis & incommoda: generalis a.4.
 quædā quæstio, de cooperatione ma-
 teriali aut formalí superstitionis exur-
 git. Quæ, quia ex generalibus regulis
 facile definitur, & in quodam alio hu-
 ius Enchiridij capite disputabitur,
 hīc prætermittenda videtur. Illud
 hoc in loco solūmodo proponemus, si
 eius

Quæstio XXX.

Si eius herbæ vsus aliquis, bonus iniuitatur, ipsique mercatores sua consilia negotiorumque totum, non ad idolatriam, sed ad lucrum referant: excusari quidem sèpissimè rationabiliter, 1.2.q.73.
a.8. sed non tamen propterea generaliter & vniuersè à subsequentis scandali, peruersisque abusus culpa liberos iudicari.

R A T I O.

1.2.q.20.
a.5. Præcognitam enim & perspectam infirmorum offensionem tollere, si commode possis, necessariè charitatis est: quamvis eiusmodi scandalum, per accidens & indirectè actiones nostra iniustas consequatur. Hæc igitur, que ad ius naturale pertinent, conditionatiter quodammodo disputauimus. Fa-
eti autem veritas, à peritis bona & q;
conscientiæ hominibus
erit requirenda.

QVAE-

Quæstio XXXI. 103

Q V E S T I O XXXI.

Vtrùm, nautæ qui huius orbis homines, Catholici Regis lege prohibitos, ad Indicas regiones transuerxerint, aliquid, pro eiusmodi iniuria, Indis rependere debeant.

P R O P O S I T I O I.

Perditos & sceleratos homines, Catholicæ Maiestatis lege prohibitos, 1.2.2. q. ad Indos transuehere, inducit obligationem restitutionis.

R A T I O.

Neque enim solum legalem, sed specialem etiam iustitiam nautæ, in eo apertissimè violant, quod auarissimos prædones, crudelissimosque sacrifices Indicis gentibus inferunt. Cu- 1.2.q.93.
ius iniuriæ vitandi causa, etiam si hu- a.3.& q.
mana lex, aut lata non fuisset, aut es- 94.a.2.
set

Quæstio XXXI.

set abrogata, ab illarum pestium trāf-
uectione cauere, iure naturali tene-
rentur. Atque, vt cætera incommoda,
quæ per eiusmodi hospites Indis im-
portantur, alijs recensenda & conside-
randa relinquam: illud nunc maximū
proponam, quod talium aduenarum
exemplis, Indi vñheimerter scandalizan-
tunt, & à vera religione suscipien-
da deterrentur. Quo circa duas h̄ic re-
medium p̄t standi, & quodammodo
restituendi obligationes inuenio: al-
teram quidem, tollendi p̄cisiō scandalī,
quod oblatum est. Atque h̄ec qui-
dem necessitas, si per se & absolute co-
sideretur, non procedit ex iustitia, sed
solum ex charitate: quæ, vt nemini
2.2. q. 66 eiusmodi offenditionē obij ciēdam esse,
a. 5. præcipit, ita etiā oblatā, quām primū
amouendam esse dicit. Verūm, alte-
ra item obligatio existit, huius ipsius
scandali remouendi, quæ prouenit ex
vi & iniuria, qua fuit inductum & im-
portatum. Nam, qui per vim & iniu-
riam scandalum obijcit, non chari-
tatem solum, sed commutatiuam
etiam iustitiam vicit. Quamobrem,
quem-

Quæstio XXXI. 104

quemadmodum, qui hereticorum li-
bros, in Catholicam aliquam proutin-
ciam importauisset per fraudem, aut
violentiam: quicquid damni illatum
esset inuoluntarijs, restituere deberet
ex iustitia si posset: nō ob eam præci-
sè causam, quod scandalizasset: id
enim ad charitatis offenditionem per-
tinet: neque, quod ciuilem Ecclesiasti a. 2.
camque legem violasset: hoc enim 2.2. q. 58
commutatiuæ iustitiae officium supe-
rat: sed quod vi & fraude viam sibi ad 2.2. q. 57
peruerterendos homines aperuisset: ita a. 2.
etiam, si quis vel simili versutia frau-
dulentus, vel cęca & iniqua cupiditi-
tate præceps, improbos, impiosque
incolas ad Indicas regiones transfue-
xerit: qui p̄stiferis moribus, neo - 1.2. q. 34
phytorum animos, in Christiana a. 1.
pietate infirmos ac teneros infecturi,
corruptiique viderentur: eum ad
mala, quæ per tales modum violen-
ter iniuriosèque intulerit, pro viri-
bus recompensanda, specialis iustitiae
vinculo teneri, negandum non est.
Quod si, h̄ic, vbi minus fortasse appa-
rebat, specialis restituendi obligatio
inu:-

Quæstio XXXI.

inuenitur: quid existimandum est de cæteris iniurijs, quas illi hospites inferre solent: si quando vspiam terrarum impunè grassantur, flagitijs, cædibus, rapinis, incendijs, omnia per tyrannicam oppressionem, obruentes & perturbantes?

PROPOSITIO II.

Illud igitur nautæ sibi persuadeant,
2.2.q. 62 incumberere ipsis huiusmodi restitutio
a.6.& q. nem, perinde atque is satisfacere de-
64. a. 2. beret, qui in ouile quietum feroce lu
& q. 71. pos immisisset. Neque vero, propter
a.3.&q. damni recompensandi magnitudinē,
79.a.3. neque propter eius inquirendi graue
difficultatem, excusantur à restitu-
tione. Quod si post diligentem per-
quisitionem, nulla cognitio læsorum
hominum haberi posset: illis ciuitati-
bus aut prouincijs rependendum est,
in quibus verisimile sit, latrones suis-
se grassatos. Sunt hæc quidem auditu
permolesta restituturis: sed post au-
daciam & temeritatem leges violan-
di, atque tales pestes miseris Indis in-
tuchendi, prorsus necessaria. Atque
haec

Quæstio XXXI. 105

hæc tenus quidem, de valde improbis
& homicidis non transiunctis pro-
posuimus: de cæteris vero, quamuis
aliquatenus diuersa ratio sit, tamen
intelligendum est: nautas, qui huius
orbis homines, non crudeles quidem,
& perditos, sed lege tamen prohibi-
tos, audent ad Indos transiuncte, grā 1.2.q. 96.
a.4. uiter peccare, neq; sine causa puniri.

R A T I O.

Quod, ut intelligatur, supponendū
est: ad huius transgressionis excusa-
tionem, non posse probabiliter fingi, 1.2.q.
legem illam esse purè pœnalem, & pā 100. a. 6.
etum quoddam potius quam præce-
ptum. Nam, cum omnes veterē leges 1.2.q. 96.
obligent in conscientia, tum ille in a.4.
primis, simpliciter præceptiū obli-
gatoriæque censemur: quarum viola-
tio multum nocet Reipublicæ, neque
alicuius pœnæ solutione facilè com-
pensatur. Eiusmodi vero, hanc esse, de
qua loquimur, intelligemus perspi-
cüe: si quantam molestiam & oppres-
sionem, Hispanorū, aliorumve hui-
us orbis hominum, indistincta consi-
deratione

Q saque

Quæstio XXXI.

saque multitudo Indis allatura sit, cō
siderauerimus. Neque verò multò pro
babilius excogitari potest, hanc le
gem frequēti trāsgressionē interijsse
1.2.q. 97 & abrogatam esse. Nam, dum Prin
a.3. ceps repugnat, & Republica tecla
mat: dumque de transgressoribus pœ
nam aliquam Regij ministri sumere
conantur: lex, quæ publicæ auctorita
ti nititur, languere fortassè poterit,
1.2.q. 87 sed non tamen prorsū interijsse exi
a.1.&c.6. stimanda erit.

PROPOSITIO III.

Seuerioris censurę videretur, pro
pter paucorū hominū, qui & pij &
probi fuerint prudenter iudicati, trāf
fectionē, nautas ad restituendū obli
gare: præter eam pœnā, quā, propter
transgressionis peccatum, iustè post
condemnationem persoluerint.

R A T I O.

Neque enim existimandum est, ta
les hospites multūm Indis nocuisse.
Etsi verò aliquid incommodi attule
rint, id alijs commodis recompensatū
fuisle creditur: atque hoc in primis,
quod

Quæstio XXXI. 105

quòd eò magis religio Christiana co
litur apud Indos, & politici mores vi
gent, quò plures populosioresque Hi
spanorum coloniæ, illuc transfuehun
tur. Quamobrē, sperandum est fore,
vt Regia benignitate, copiosior ali
quando facultas fiat, in illas regiones
naugandi. In Hispania namque hoc
quidem tempore, non admodum la
xè viuitur, deficiente nonnunquam
frugum vbertate, & copia, hominum
verò multitudine mirabiliter incre
scente. Quare, cùm apud Indos immē
sa terrarum spatia, habitatoribus de
serta & inculta pateant: quis non spe
ret Catholicam Regis nostri maesta
tem, suis subditis sapienter benignèq;
proudientem, hac etiam in re, si quan
do expedire videatur, communī vti
litati consulturam? Nam incommoda 1.2.q. 97
a.1. quidem, quæ haetenus impedimento
erant, indies minora fiunt. Superiori
bus enim annis, Regij ministri, leges
in fauorem Indicæ gentis latae, lētiūs
fortassè aut cautiūs exequebantur: ne
seditiones tumultusque excitaretur,
qui, propter Hispaniarū distantiam,

Q 2 diffi-

Quæstio XXXII.

difficilius coercent & sedari possent.
Nunc vero, auditio, catholico inuestigis
sumi Philippi nomine, non minus ve-
rentur & timent, qui extremas Indone-
sianas regiones incolunt, quiam, qui To-
leti, atque in ipsa Regia curia ver-
fiantur.

QVAESTIO XXXII.

 *Nisi qua Indorū gens,
minus edificaretur pau-
peri Euangelizantium
cultu, tenui vietu: propterea pre-
dicatores splendidiorem ornatum as-
sumere, laudaremque mensam in-
struere deberent.*

PROPOSITIO I.

2.2. q. Tametsi in animi preparatione,
184. a.7. qui Euangelium praedican, pauper-
3.p.q.40 tam parsimoniāque, non fastidi-
a.3. re, sed colere & complecti debeant: ta-
men

Quæstio XXXII. 107

men sacerdotis & pias ob causas, di- 2.2. q.129
putiarum præsidia instrumentaq; re- a.8.
tinent, ornatorisque cultus appa-
ratum, ad commodiorem sui muneris
administrationem assumunt.

R A T I O.

Intelligunt enim, paupertatem, nō 2.2. q.
finem esse, qui per se expetendus sit: 184. a.3.
sed medium, quod ex charitatis, ad &.q.188
quam refertur intentione, sit mode- a.7.
randum, aut relinquendum. Itaque,
perniciosa erroris est & iam olim da-
mata, Episcoporum cultum tantæ di 2.2. q.87
gnitati iurisdictionique congruen- a.1.&.q.
tem reprehendere: aut reditus Eccle- 186. a.3.
siasticos, ad ipsum conseruandum ne-
cessarios tollere. Possunt igitur Paro-
chi, & ceteri Euangelizantes, suo etiā
ordini & gradu, decentem & com-
modum cultum tueri: sic tamen, vt
semper ad paupertatem magis ani- 3.p.q.51.
mo propendeant, eamque re ipsa a.2.
praestent, cum charitas &
edificatio postu-
labunt.

O 3 PRO-

Quæstio XXXII.

PROPOSITIO II.

- 2.2.q.30 Si ornatior splendidiorque cultus, à prædicatore assumi, aut conseruari non posset, sine graui pauperum vexatione, aut subtractione elemosy -
 2.2.q. nñ simpliciter necessariae: tunc qui-
 185. a.7. dem, rei ciendus potius esset, quam
 comparandus.

R A T I O.

Magis enim vitari debent, quæ per se sunt à charitatis officio aliena, sua- pteque natura scandalum offerunt: quam, quæ per accidens, ex hominumque infirmitate, aut ignorantia: quibus defectibus, quamvis indulgen- dum sàpè sit, non ita tamen, ut veri- tas relinquatur.

PROPOSITIO III.

Et quoniam de scandalis Indorum loquimur, ex Euangelicæ paupertatis occasione prouenientibus: duæ in pri- mis, eius gentis hac in parte offendic- nes, occurrunt aduertendæ: quæ magis per demonstrationem veritatis, quam per omissionem officij, erunt

euic-

Quæstio XXXII. 108

Euitandæ. Altera quidē, si Indorū scan- dalum, eò pertineret, ut despiceret re- ligionē Christianam, quia paupertatē, rem apud mundanos despici- 1.2.q. fiam laudat. Neque enim propterea, 104.a.4- Christianæ nuditatis laus, sanctumq; 2.2.q.19 renuntiationis studiū esset relinquen 1.12.ctq. dum. Altera verò, si ex ipsis rūEuange 83. a. 12. lizantium ornatiori cultu, familiaq; & apparatu splendidiori, suspicaren- tur Indi: non seriō paupertatē, perse- Etamq; crucis imitationē, apud Chri- stianos prædicari, sed verbis quidem laudandam esse, factis autē, revera vi- tandardam & fugiendam. Hęc autem, siue persuasio, siue suspicio, diligenter esset ex Indorum animis extirpanda; causæque exponendæ, propter quas, talis cultus decere intelligitur, perso- nas in Dignitate Ecclesiastica cōstitu- 2.2.q. tas: simulque ostendendum ieunio- 169.a.1. rum & austerioris vitæ exemplo, non quæri delicias in diuitijs, sed aueto- ritatis erga subditos conseruationem, 1.2.q.102 suuī & pacificæ populi Chri- a.4.&.5. stiani administrationi valde necssariam.

Quæstio XXXIII.

R A T I O.

His enim rationibus & exemplis,
aut remouebitur offendit: aut si tunc
etiam inhæserit scandalum, quia iam
ex malitia consurgere videtur, & ad
2. 2. q. Pharisæos magis pertinere, quam ad
187. a. 4. paruulos, nihil est cur valde pertur-
bet recte procedentem.

Q V A E S T I O X X X I I I .

V Trūm, diuortij faculta-
tatem restringere liceret,
sicubi apud Indos, tam
multa inter plerosque ciuium adul-
teria fierent, vt si Euangelica sepa-
rationis permissione coniuges vte-
rentur, magna eius Republica per-
turbatio confusioque timenda vi-
deretur.

P R O P O S I T I O I .

Posset Summus Pontifex, coniu-
gum ex fornicatione separationes, in
adul-

Quæstio XXXIII. 109

adultera illa prouincia restringere: vt 2. 2. q. 5²
ad publicam pacem & tranquillitatē a. 4.
expedire iudicaret. 3. p. q. 7²
a. 9.

R A T I O.

Nam, cùm Euāgelicæ diuortij per-
missioni, plures limitationes, à Serua-
tore nostro non expressas, adhibuerit
Ecclesia; ea in re satis ostendit, sepa-
rationis ob adulterium facultatē, non
ita liberam & absolutam à Domino
reliquit fuisse, quin, vt Ecclesiasticas
circa modum leges, ita etiā circa sub-
statiā, interpretationes admireret.
Inter quas, vt hic etiam casus, locum
habere videatur, considerandum est:
Euangelicam diuortij legem, plus af-
ferre concessiois, quam præcepti: 107. a. 2.
atque hoc ipsius præceptum, quod Add. 3.
continet, non est valle proprium & p. q. 6².
speciale: sed ex correptionis fraternæ a. 2. &c. 6.
obligatione quodammodo petitum,
& cum generali charitatis officio ma-
gna ex parte coniunctū. Quamobrē,
non solū, cùm adulteriū emendatio-
nem pollicetur, laudabiliter & sancte
retineri potest: sed etiam si nullam fla-
gitij

Q 5

Quæstio XXXIII.

gitij corrigendi spem faciat, Christia-
na benignitate nonnunquam tolera-
bitur à coniuge: dummodò qui inno-
cens est, sceleris patronus non fiat:
 neque quicquam præterea omittat,
 quod ad fraternalm correptionē per-
 tineat. Cùm igitur diuortium, nō tam
 præceptum, quam permisum & con-
 censum à Scrutatore nostro fuerit: si
 quando ad Reipublicæ salutem, videa-
 tur necessarium, vt huic iuri aliquis
 cedat: debet id ex charitate præsta-
 re, quæ nullum licitum medium pro-
 illius finis consequitione aspernatur.
 2.2.q.58. Quòd si diuinum charitatis præceptū
 a.3.&c.q. tunc vrgabit: cur nō poterit Summus
 96. a. 4. Pontifex, Ecclesiasticæ etiā legis, aut
 iussionis obligationē adiungere? Ete-
 2.2.q.95. nim si que per se indifferētia quodā-
 a.1.&c.q. modb, & indeterminata sunt, potest
 96. a. 2. lege constituere, interiorisq; & exte-
&q.102. rioris fori iure cōprehendere: quid de
 a. 2. illis existimandum erit, quæ à Domi-
 no generaliter iussa intelliguntur, at-
 quæ ex ipso charitatis præcepto, ne-
 cessaria cōsequitione deriuātur? Ac-
 cedit etiā huic demōstrationi illa con-
 firmatio;

Quæstio XXXIII. 110

firmatio: quòd tametsi Summus Pōti-
 fex efficere nō possit, vt qui non con-
 senserint in matrimoniu, veri cōiuges
 sint: tamē potest iustè præcipere & cō-
 pellere per cēsuras, vt consentiant: nō
 modò si per spōsalia hoc pactū iniue-
 rint: id enim inferioribus etiā prælatis
 cōceditur verū quāvis nulla promis-
 sio intercesserit, sed Reipublicę tamē 1.2.q.18.
 a.7. necessitas admodū grauis tale reme-
 diū postulet. Quòd si hoc efficere va-
 let, quod difficilius videtur, disiūctos
 ad coniunctionē cōpellere: cur nō va-
 lebit itē, cōiunctos cōstringere, ipsiūq;
 prohibere disiunctionē, quod facilius
 apparet?

PROPOSITIO II.

Sic igitur sentiendū videtur de se-
 parationis pernicioſe remedio. Quan-
 quam si quis sine cōtentione putaret,
 talē ab adultera separationē prohibe-
 ri non posse, non prorsū temerē, &
 intollerabiliter is loqueretur.

R A T I O.

Argumētari enim posset, supponēs
 in primis Sūmi Pōtificis amplissimā
 po-

Quæstio XXXIII.

potestatem, non propterea irreuerenter & audaciter limitari: quod materię quedam, eiusmodi suapte natura esse putentur, vt nullam dispensationem patiantur. Quis enim Diuinę potentię vim, ideo minui & coarctari di-

1.p.q. 7. xerit: quia, infinitū ab ipso Deo pro-
2.a.3. & q. duci, aut mendacium proferri posse

48.a.1. negatur? In hac igitur materia, de qua loquimur, repugnantiam quandam, incompatibilemque oppositionem, humanae dispensationis vi irreconciliablem, inueniri, disputator ille propo-

1.2.q.28. neret. Quoniam coniugalis tori parti-
a.4. cipatio, instituta fuit ad prolem pro-

3.p.q. 65 creandam, honestèque instituendam.
a.1. Hanc vero, commodè procreari, re-

Add. 3. ètèque educari non posse: nisi ma-
p. q. 62. tuam sibi fidem coniuges seruent: aut

a.1. certè, nisi post commissum adulterij crimen, obtentumque ius diuortij, voluntarie prorsus sibi inuicem reconciliantur. Quod si matrimonialis coniunctionis fini, qui in moralibus principijs locum obtinet, tantopere aduersatur, illa cum adultero cōiuge coacta commixtio: intrinsecum quoddam humano

Quæstio XXXIII. III

humano more inconueniens impli- 3.p.q.64
care fortasse videtur: quæ dispensa- a.2.
tionis cum modum non recipiat, vt Add.3.p
cogatur castus, non solum cohabita- q.62.a.6
re cum adultera, sed ad torum etiam 2.2.q.
conuenire. 104. a.5.

PR O P O S I T I O III.

Verum, quicquid ea de re dispute-
tur, tamen certum est, audaciter & in-
consulto inferiorem iudicem Eccle-
siasticum acturum esse: si, præter casus
ab Ecclesia specialiter definitos, sepa-
rationem prohibuerit coniugi adulte-
rij iniuriam perpesso.

R A T I O.

Neque enim diuinam legem, quæ 1.2.q.97
summam per se continet equitatem, a.1.
propter incommoda, quæ per acci- 2.2.q.88
dens eueniunt, violare fas est: neque a.ii. & q.
in eius legis interpretatione vterius 98.a.4.
est progrediendum, quam Ecclesia
progressa sit: que, vt neminem ad ma-
trimonium cogere solet, quod in eo
contrauctu inuenido, Deus homines li-
beros esse voluerit: ita etiam ob can-
dem

Quæstio XXXIII.

1.2.q.100 dem caufam, neminem ad adulterari
a.8. vxorem retinendam compellit, nisi
quem ipsa item diuina & naturalis lex
compulisse videtur. Cùm verò mul-
tis casibus, à separationis facultate
exceptis, hunc silentio sacri canones
prætermiserint: híc Iurisconsultorum
axioma, locum habebit, exceptione
scilicet regulam confirmari.

PROPOSITIO IIII.

Ne verò, in alijs casibus exceptis,
Indos inconsideratè inuoluamus, ad-
uertendum est: non propterea coniugis
dimissionem Indico prohibēdam
esse: quod ex generali quadam & in-
distincta cognitione de Indorum in-
continentia, verisimile sit, eum, qui se
parationem petit, neque coniugij fi-
dem anteā seruasse, neque vxore di-
missa seruaturum.

RATIO.

Nam, quamuis ab uxore, parē adul-
terij vim iniuriamque perpeſsa, rece-
dere, in foro interiori non liceat: ta-
men, dum flagitiū manet occultum,
neque

Quæstio XXXIII. 112

neque iuridica probatione demōstra-
tur, publicum diuortij ius, is, qui petit,
obtinere debet. Future autem castita-
ti, non est per iniurias coactionem
consulendum: sed fratrem de pericu-
lo admonere, charitatis crit, nisi is, di-
missionis præcepto, propter coniugis
incorrigibilitatem in aliquo casu te-
neatur.

QVAESTIO XXXIII.

Non liceat Euangelizanti
apud Indos, opponere sibi
ipsi obiectiones contra fi-
dem: ut eisdem refutatis, auditorum
animi in vera religione confirmen-
tur.

PROPOSITIO I.

Hanc questionem, ideò proposui,
quia Indorū nonnulli facesunt nego-
tiū prædictoribus, molesto & pertina-
ci filētio, eas obiectiones apparētiaq;
argu-

Quæstio XXXIII.

argumenta dissimulantes, & reticentes, quibus à fide suscipienda dissidentur. Horum aliquibus (neq; enim nunc generalem sermonem habeo) si difficultiora fidei nostrę mysteria proposueris, non modò sine miraculis, sine bonę vitę exemplo, sine vlla probabili, verisimilive confirmatio-ne, sed post multa etiam scandala, offensionesque grauissimas: ad singulos articulos, nunquam antē auditos, obscuraque & vix intelligibili phraesi recitatos, promptissimè respondebūt: Ari(yayay) hi(n)imitac(m). Quod perinde est, atque si dicerent: Ita(pater)verum esse credo. Quod si rursus interroges. Nonne aliquid obijcere vis, vt tibi explicem, quę minus intellexisti? Cur ego (respondebit Indus) quicquā obijciam, aut frustra contendam: cùm res valde claras & certas mihi proposueris? Istam equidem doctrinam, toto animo complexus sum, constanterque profitebor. Hæc ille. Ipse vero tam fidelis, vix à prædicatore discesserit, quūm idolatriam repetet, Christianamque religionem, apud suę gen-

tis

Quæstio XXXIII.

113

tis homines deri debit. Quę tam aper-ta, tamque impudens perfidiā & fi-ctio, valde discruciat Dei seruos, fide lesq; Dominicæ vineę operarios. Hu ius autem inconuenientis remedia, sa 2.2.q.24 pientiores alij docuerunt, & docebūt: a.3. nos ad prōpositam quæstionem re-uertamur: si prius tamen illud testa-tus fuero, me tam longe abesse ab eo-rum sententia, qui Indicam gentem, durissimam; eiusq; veram conuersio nem, difficillimam esse putant: vt re ipsa quodammodo expertus noue- rim, Indorum animos, si recte & chari-tatiuē instituantur, mollissimos esse & quasi cereos ad fidem suscipiendā; Christianęq; vitæ officia verē, prom pte, & firmiter præstanta.

PROPOSITIO II.

Subtiliores obiectiones, quas veri- mile sit, nunquam Indis in mentem venisse, temere, & periculose à præ-dicatore proponerentur.

R A T I O.

Vt enim rē optimē cedat, nullum

P fec

Quæstio XXXIII.

ferè pietatis lucrū reportabitur: cùm
tām quietus & tranquillus auditorū
2.2.q.10. animus, ante obiectionē fuerit, quām
2.7. post solutionem futurus sit. Quid si
res aliter cesserit, & apud hebetes bar-
barorum mentes, argumentum for-
tius appareat, quām vt vi solutionis
superetur: non leuem tentationem, ca-
disputatio infirmis afferet, & aliqua
fortasse fidei iactura fiet. Cuius periculi
vitandi causa, iure cautum est, ne
huiusmodi Theologicæ questiones,
apud imperitam plebem examinen-
tur.

PROPOSITIO III.

Obiectiones ab Indis contra fidem
excogitatas, generali potius myste-
riorum confirmatione diluere oportet, quām separatim & distinctè con-
futare.

R A T I O.

1.p. q. 1. Sunt quidem euidenter solubiles, om-
nes argumentationes excogitatae con-
tra fidem, cui nihil verum repugnare
potest. Sed cùm hanc euidentiam tam
specificatam, sapientiores, vix post
lon-

Quæstio XXXIII. iii4

longum studiorum laborem perspi-
ciant: si rudes etiam & indocti homi-
nes, claras & distinctas, vniuersitatem 1.p. q. 1.
argumenti solutiones requisiuerint, a.1.
facile in errorem dilabentur. Non est
igitur singulis Indorum obiectioni-
bus, philosophicè separatimq; respon-
dendum: sed illud potius laborandum,
vt humanæ mentis imbecillam intel-
ligendi vim, multis certissimisque ra-
tionibus perspectam habeant: diuinæ
verò sapientiæ infallibilem veritatem 2.2.q.
non scrutari, sed suspicere & admira- 121.a.1.
ri discant. Hac enim disciplina, non
solum rami amputantur errorum, sed
omnes radicum fibræ euelluntur.

PROPOSITIO IIII.

Non esset omittenda, formalis &
distincta singularum obiectionum so-
lutiō, si pertinax Indorum infideli-
tas, aliter superari non posset.

R A T I O.

Ob eam causam Ecclesiæ Docto-
res, falsas Gentilium Philosopho-
rum argumentationes, ex ipsis naturæ

Quæstio XXXIII.

principijs formaliter, & distinctè re-
1.p.q. 1. futarunt, quòd cum durioribus quibus
a.8. dam ingenij, maius in dissimulatio-
2.2. q. ne periculum, quām in eiusmodi dis-
162. a.6. ceptatione subesse intelligerent. Si-
mili igitur pertinacia & difficultate
apud Iudicis existente, nō omnino dis-
similem diligentiam adhibere oportet.
2.2. q. 2. bit. Et quidem, si piuum est, cum solici-
a.6. & q. tatis ad defectionem, disputare, ne si-
3.a.2. & lentium nostrum faueat aduersarijs:
q.10. a.7 licebit etiam tentatis, hoc ipsum offi-
cium offerre, si & necessitas vrgeat, &
ex huiusmodi Philosophica dimica-
tione, fidei fructus expectetur. Nam,
vtrum ab infidelibus aliquis solicitatu-
s sit, an ab interiori dēmonis tenta-
tione, an à veteris infidelitatis radice,
non multūm hac in re videtur inter-
3.p.q.67 esse, cùm de quietandi iudicij, refel-
a.8. lendēque obiectionis modo,
& ratione disse-
ritur.

QV AE-

Quæstio XXXV. 115

Q V E S T I O XXXV.

Vtrum, is furum commi-
Vsse censendus sit, qui ar-
gentum effudit ex aliena
metalli vena, que propter Indorum;
ad quos pertinebat, desidiam & in-
ertiam, intacta semper & inutilis
permansura videbatur.

P R O P O S I T I O I.

Quòd ea metalli vena, incerti & ne-
gligenti domino, inutilis futura esset:
non propterea, is, qui argentum effo-
dit, inuito possessore, integer à furto
iudicandus est, neque liber à restitu-
tione,

R A T I O.

Nam, rem per se, & absolutè vtilem,
pretiōq; æstimabilem, is effosor abstu-
lit. In huiusmodi verò peccatis, in -
commodum, quod per se, & absolutè 2.2.q.64
infertur, potissimum obseruandum a.6.

Quæstio XXXV.

2. p. q. 19 est. Itaque, is, qui Martyrem occidit
2. 9. homicidij crimen commisit: tametsi
per accidens, nihil Martyri nocuerit,
sed utilem potius operam præstiterit.
Atque is, qui moechatur, iniurius est
2. 2. q. erga futuram prolem, quamuis filius
354. a. 2. per accidens, religiosè liberaliterque
educetur.

PROPOSITIO II.

2. 2. q. 59 Quod metalli vena, domino inutile
2. 4. & q. lis fore videatur, ex ea re probabile ali
62. a. 6. quando de eiusdem domini consensu,
& q. 66. & approbatione, indicium sumi po
2. 6. test, sed non generale quidem, perquā
rarò verò certum.

RATIO.

Vt enim dominus assentiri, sit proba
bili ratione censendus, nō solùm que
rendum est, an sit diues: sed an beni
gnus etiam & liberalis, & an equo ani
2. 2. q. 31. mo ferre soleat, se inconsulto extrahi
2. 3. & q. metallum. Quia verò, varia sunt ho
66. a. 7. et minum ingenia, diversaque & occul
q. 185. a. ta confilia, varię item rerum occasio
7. nes & dubiae opportunitates: gene
ralem

Quæstio XXXV. 116

alem & certam regulā de his statue. 2. 2. q. 32
re sapientis non est. Neque verò sem a. 7.
per & vbique secura erit cōscientię,
quęquis de consensu probabilitas.

PROPOSITIO III.

Nam, si dominus facilè adiri, & in
terrogari possit, eiusmodi probabili
bus indicijs, & coniecturis ad ipsius
metallum extrahendum, vti nō licet.

RATIO.

Rem alienam domino inutilem, si
bi quenquam assumere, ad æquitatem
quandam pertinet, quæ verisimilem
domini consensum & approbationē
interpretatur. Quemadmodū igitur 1. 2. q. 96
corā Principe, æquitatē ad leges, præ- 1. 2. a. 6. & q.
ter planū verborum sensum interpre- 120. a. 1.
tandas, adhibere non licet, nisi res val
de perspicua sit: ita etiam iniquū est,
præsentis domini voluntatem, ex in- 1. 2. q. 9.
certis argumentis colligere, occultāq; a. 2.
assensionem temere interpretari. Ne- 2. 2. q. 66
quę verò ad asserendā certitudinē, a. 3.
de consensu saltem debito, assumi il
la ratio potest, quod nimis auarè &
contra charitatem, venæ dominus,

Quæstio XXXV.

facultatem effodiendi metalli, sibi nihil nocitaram, sit prohibiturus. Neq; enim, ex debito per charitatem, recte colligitur debitum per iustitiā. Quod si rursus obijcas, præsumendum esse de tali domino, id absolute velle, quod ex charitate velle debeat: cùm de omnibus bona existimare 2.2.q.60 oporteat, in melioremque partem a.4.&q. omnia sint interpretanda. Hæc vera 70.a.3. esse respondebo, nisi quatenus de p̄e iudicio, vel incommmodo cuiusquam agitur. Nam tunc quidem, prudenter sunt aperiendi oculi, eo fine, ne cuiquam per inaduententiam noceamus, neque inferamus iniuriā. His igitur obiectionibus satisfactū esse videtur.

PROPOSITIO IIII.

Si quis verò, quia Reipublicæ interest, pretiosa vndique metalla diligenter erui, ob eā causam, in aliena metalli vena sibi elaborandū putat, inquit & repugnante domino; is vehementer errat. Neque verò solum homo priuatus, cui publicæ vtilitatis cura commissa non est, in hac usurpatione pecaret:

Quæstio XXXVI. 117

caret: sed iudex etiam, qui sine graui Reipublicæ necessitate, id cuiquam concederet. Nisi fortè ea conditione tacita, vel expressa, eiusmodi venia fuissent distributæ: vt dominorum cura, diligentiaque effoderetur. Quo circa, videndus erit titulus. 13. libri. 6. Re

R A T I O.

Est quidem bonum commune post 1.2.q.21. liticum, bono priuato preferendū, ex a.4. charitatis & iustitiae præcepto: sed 2.2.q.32. hoc tamē, in necessitatibus articulo in a.6. telligendum est. Extra quem, ipsius Reipublicæ interest plurimū, vt suū cuique ius integrum, inuiolatumque seruetur.

QVAESTIO XXXV.

Vtrum, Indicæ lingue im
peritum, cum alicuius
falsitatis significandæ per
iculo, Indis euangelizare fas
sit.

Quæstio XXXVI.

PROPOSITIO I.

Non quoduis huius generis periculum, est tantopere formidandum, ut ob eam causam, pium & sanctū propagandę religionis Christianæ, Catholicæque doctrinæ seminandæ, institutum & officium deseratur.

R A T I O.

Ne ipsum periculi nomen, quenquā deterreat, existimantem, inesse cuilibet fallendi periculo, aliquid intrinseci mali, cuius causa suminopere vietandum sit: docere oportet: cū major spes appareat, difficultatem superandi, quam timor incidendi: sancte & prudenter eiusmodi pericula, non solum materialiter fallendi, sed peccandi etiam suscipi posse, ob necessariam, aut certe honestam & grauem causam: esseque tutissimum practicē, quod videtur speculatiuē periculo sumi. Quis enim illos Martyres reprehendat, qui non inquisiti, neque specialiter prouocati, cū diuinæ gloriæ ratio id postulabat, se tyrannis excruciantos interficiendoſq; offerebant:

cum

Quæstio XXXVII.

cum periculo quidē deficiendi, homines enim erāt, sed cū maiori tamē spe obtinenda victoriæ? Vel quō magis accommodatè huic proposito loquamur: quis Scholasticos doctores, nō audiēdos esse censeat, quū multa & agēda & sentiēda, sub opinionis formidine docent: in quibus falsitatis periculum est, non practicæ illius quidē, sed speculatiuæ solum?

PROPOSITIO II.

Mediocriter Indici sermonis peritus prædicator, etiam si morali certitudine intelligat, sibi nonnunquā per vitæ discursum, falsam aliquam vocationem elapsuram: tamen suo munere, sine temeritatis criminе fungi potest.

R A T I O.

Aut enim ex antecedentibus & consequentibus, atque ex ipso fine institutoq; sermonis, pia falso vocis interpretatione, synceris auditoribus apparabit: aut generali articulorum fidei protestatione, verēq; humili & constanti,

Quæstio XXXVI.

2.2.q.ii. stanti, erga Ecclesiæ iudicium submis-
a.2. sione, quævis erroris voluntarij suspi-
cio delebitur: aut si nihil horum, ad
vitandam audientiūm deceptionem
profuerit, prædicatori certè, vox illa
2.2.q.76 per hūmanām inaduertētiām elapsa,
a.3. & q. blasphemīæ aut mendacio non impu-
nit. a. 1. tabitur, neque ad audaciā culpam re-
feretur. Cùm enim hoc vocaliter præ-
dicandi munus, non angelis, sed homi-
nibus commissum fuerit: deserendum
2.2.q.49 cuiquam non est, propter eos defe-
a.8. stus, qui ex generali humanae condi-
tionis imbecillitate sunt necessarij,
& omnibus ferè hominibus commu-
nes,

PROPOSITIO III.

i.p.q. 31 Impia temeritatis esset, Indicæ lin-
a.2. guæ imperitum hominem, cum pro-
2.2.q.ii. babili pertinacis erroris, in mentibus
a.2. auditorum infigendi periculo, prædi-
3.p.q.16. cationis munus apud Indos obire,
a.8.

RATIO.

1.2.q. 20 Eum medicum, qui certam salutem
a.5. polliceretur, nefas esset, cum vehe-
menti

Quæstio XXXVII. 119

menti pestiferi morbi per contagio-
nem importandi formidine, ad ergo-
tum accedere. Euangelicum igitur
prædicatorem, cum tali hæreticæ in-
fectionis populo inferendæ periculo,
concionari, nefas etiam erit. Nā Euangeli-
cus quidem prædicator, certam
animi salutem operantibus pollici-
tur, hæresi verò nullus est morbus pe-
stilentior.

QVAESTIO XXXVII.

N, qui apud Perunenses
Indos, famosam quorundam seditionem atque ty-
rannidem, non sua sponte, sed graui
metu coacti sequuti sunt, pro iniurijs, quas ipsi tyranni eorum Indis, eorum
Hispanis intulerunt, debeant satis-
facere.

PRO-

Quæstio XXXVII.

PROPOSITIO I.

Qui cogentibus, & supplicium com
i.2. q. 6. minantibus tyrannis, cædes, rapinas,
a.6. atque alia eiusmodi facinora, apud In
2.2. q. 42 dos perpetrarunt: neque ab iniustitia
a.2. & q. criminis liberi iudicandi sunt, neque
64. a.2. à graui onere omnia ferè illa restituē
di, quæ si libenter eisdem tyrannis ad
hesissent, rependere deberent.

RATIO.

Hec assertio, facile perspicua fiet,
intelligenti, ea que per se, & intrinse-
i.p.q.113 cè repugnant recte rationi, neque pro
a.7. pter vim, neque propter metum, neq;
2.2. q. 64 vñsam aliam ob causam iuste fieri pos
a.6.& q. se. Iniustitia vero, si formalis sit, sta-
100. a. 6. tim parit restituendi obligationem.

PROPOSITIO II.

Non est fortasse idem iudicium præ-
ferendum, de ijs, qui graui metu com-
pulsi, tyrannorum exercitui commi-
tum suppeditarunt, vel equos aut ar-
ma obtulerunt.

R A

Quæstio XXXVIII.

RATIO.

Quoniam hæc exhibere, ex genete i.2.q. 8.
& obiecto nefas non est, neque cui- a.2.
quam proximè & immediate perni-
ciosum: illi verò, non iniuriæ inferen-
dæ, sed vexationis redimendæ, vitæ-
quæ seruādæ causa, eiusmodi res sub- 2.2.q.59.
ministrarunt: propterea probabiliter a.2. & 3.
censi possunt, neque formalem in- &q. 125
iuriam intulisse, neque ad subsequen a.4.
tiuni incommodorum recompensa-
tionem obstringi. Quod si largiores
erga tyrannum se præstiterint, quām
propriæ salutis tuendæ, periculique
vitandi ratio postulabat: quid de
ipsis existimandum sit, iam ostendemus.

PROPOSITIO III.

Summa moderatione, fuerunt illa
obsequia erga feditiosos à Perunen-
sibus exhibenda: ita vt non solùm in-
iusti fuerint, si quid præstiterint, ad
redimendam vexationem non ne-
cessarit, quò maiorem gratiam à
tyrannis inirent: verùm etiam, si mi-
nora sua incommoda, cum graui-
ribus

Quæstio XXXVII.

ribus oppressorum damnis cuitanda curauerint.

R A T I O.

1.2.q. 20 Media , quæ suapte natura nullam
a.3.& q. continent honestatem , non solū de-
102. a. 1. bent, vt culpa careant, ad bonum finē
2.2.q.64 referri : sed ipsi etiam bono fini esse
a.7. commensurata. Quāmobrem, is ho-
2.2.q.64 micidij condemnatur, qui, cùm pos-
a.7. set, inuasorem leuiori vulnere propel-
lere:tamen lethale vulnus inflixerit:
atque is etiam, qui , cùm armatus es-
set, clypeoqué communitus: ad sui ta-
men defensionem , inermem hominē
vulneri opposuerit. Nam cùm illorū
vterque suam protectionem , bonum
sanè finem intenderit : neuter ta-
men, honesta atque prudēti eiusdem
finis prosequutioni media contempe-
rauit. Cuius excessus improportioni,
cùm similis illa sit, immoderatè obse-
quentium crudelitati, aut auaritię ty-
rānicę: simile etiam de talis obsequij,
gratificationisqué iniquitate, erit fe-
rendum iudicium. De ijs igitur , qui
seditiosos adiuuarunt, sic existimo .
reli-

Quæstio XXXVII. 121

Reliquum autem est, vt de illis etiā
aliquid proponam, qui in tali seditio-
ne, noluerunt arma capere ad Rempu-
blicam defendendam: Regijque ducis
ipsoſ conuocantis imperium, pertina-
citer detrectarunt.

P R O P O S I T I O IIII.

Illis etiam est iniungenda restitu-
tio, qui, cùm militiæ fuissent ascripti;
aut Indorum administrationem eam
suscepissent, quam in regionibus In-
dicis, Hispanico sermone, Vezindad,
encomienda , repartimiento vocant:
in graui seditione ad opem Reipubli-
cæ ferendam, Regia auctoritate acce-
siti, domi se continere maluerunt: nisi
fortè in tanta tyrannorum potentia, 1.2.q.96.
spes nulla relieta erat, forè vt eo tem- 2.2.q.
pore, aliquid remedij , perditis rebus 104. a.6:
adhiberetur.

R A T I O.

Non propterea huiusmodi deserto-
res, cùm legitimam excusationē non
habent, ad restitutionē astrictos cēse-
mus, quia iustitiam legalē violatunt;

Q. Prin-

Quæstio XXXVIII.

Principi non obediētes: sed quia spes
eiale Reipublicæ defendendæ, militan-
diique munus & officium, quod suscep-
perant, non præstiterunt. Quo delicii
genere, Regi conciuibusq; tum Hispanis,
tum Indis intulerunt grauem iniuri-
am, eamque speciali iustitiæ con-
trariaam.
1.2.q.60 a.3.

Q V A E S T I O XXXVIII.

 Nliceat viro, invitam re-
pugnantemque vxorem,
ex Europa ad Indos træ-
uehere.

P R O P O S I T I O I.

Non videtur ab vxore deserendus
is vir, qui aut inopia & egestate, aut
dedecore & ignominia, aut alia gratiæ
necessitate coactus, Indicam Occi-
dentiæ nauigationem suscepit.

R A T I O .

1.p.q.92 a.1. Quanquam enim vxori, neq; ma-
trimoniū naturali iure, neq; ex obe-
dientia

Quæstio XXXVIII. 122

dientia erga virum, terribile vitæ pe-
riculū subire necesse est: cū sua cuique a.8. & q:
vita & cōiunctiū & amabiliūs cohe-
reat, quām coniugalis societas, aut fi-
liorū procreatio: tamē Indicā Occidē-
tis nauigationē, si opportuno tēpore
cōmodaq; nauī frat, afferunt periti, nō
esse periculi tantopere pertimescēdi:
Ob eiusmodi autē metū, vxori, vt vi-
rum, in rebus aliōqui necessarijs dese-
rat, nō conceditur: sicut neq; propter
alicuius morbi non horrendā infectio
nem, neq; propter partus difficultatē:
2.2.q.264.a.2.

P R O P O S I T I O II.

Quæ virū ad Indos, nō ex necessi-
tate, sed ex honesto aliquo fine nauigantem
comitatur, ea vxor laudabile
coniugalis charitatis, obseruantiaque
obedientis officium præstat.

R A T I O .

Superiori, nō in ijs rebus solum obe-
dire, quas ipse iure præcipere potest,
sed in ijs etiam, quas honestè suadet;
probatisimi consilij est: & ad quan-
dam perfectæ obedientiæ consum-
Q.2 matio

Quæstio XXXVIII.

mationem pertinet: atque eò etiam
2.2.q. magis, quòd difficultius est, id quod sua
104.a.2. detur. Illud autem, à fideli præstanti
2.2.q. 26 étiam periculo, se amico laboranti,
2.4.&q. socium comitemque, amicus adiun-
123.a.5. gat. Cùm igitur vxori erga virum, &
amoris & obedientiæ officia conue-
2.2.q.19. niant: laudanda profectò erit foemina,
a.2. quæ, vt suo coniugi difficultem illā
& laboriosam nauigationem, honesta
ex causa obeunti, inseparabiliter ad-
sit, nauem conscenderit mareq; trans-
miserit.

PROPOSITIO III.

Nisi vxor cum viro, de Indica na-
uigatione pactum inuierit, iure cogi-
non potest, vt id periculi laborisque
suscipiat: si virum nulla necessitas
ad nauigandum compellat, sed hone-
sta solum causa suadeat.

R A T I O.

De coniugato, honesta ex causa di-
2.2.q.57 uaganti, ita censemur iuris consulti: non
a.4. posse ab ipso ad eiusmodi peregrinā
inquiet-

Quæstio XXXIX. 123

inquietamque vitam, vxorem coim-
pelli, nisi ea de re pactum præcesser-
it: ob eam sanè causam, quia tale vi-
ta genus, & difficile admodum est, &
valde laboriosum. At Indica nauiga-
tio, vt periculum omittamus, multum
secum assert laboris & difficultatis, &
in perpetuum quoddam exiliū ten-
dit. Durum igitur est, & à iure alien-
num, inuitam repugnantemque vxo-
rem, nulla compellente necessitate,
nulloque inito pacto, ex Europa ad
Indos transuehere.

Q V A E S T I O XXXIX.

N Indo Christiano li-
ceat in publicum erarium
tributum conferre, quod
in sacrilego idolorum cultu, expen-
dendum esse nouerit.

PROPOSITIO I.

Mortem potius vir pius persesse
debet, quam vt tributum, quod false

Q.3 reli-

Quæstio XXXIX.

religionis nomine exigitur, vsquam
conferat.

R A T I O.

2.2. q. 3. Ut ex animo idololatram esse ini-
a.1. &c.2. trinsecē impium est, ita etiam exte-
& q. 94. riorem aliquam latræ Gentilicæ si-
a.2. gnificationem exhibere. Ergo, quid-
uis potius est preferendum, quam ut
1.2. q. 96 tributum, false religionis causa con-
a.4. feratur. Nam si quis eo nomine pecu-
niam impendit, cum oblationis hono-
rem & venerationem Dijs falsis ex-
hibeat, is se idololatram esse palam si-
gnificat & profitetur, tamque exeq-
erabilis est, quam si tus idolis ado-
leret.

PROPOSITIO II.

Tributum, quod in falsis Dijs co-
2.2. q. 1. lendis insumentum esse creditur, pen-
169. a. 2. dere licebit: si generaliquadam ratio-
ne, ad Reipublicaz sumptum, & admi-
1.2. q. 96 nistrationem exigatur: grauisque ne-
a.4. & q. cessitas cogat, eiusmodi tyrannicis
104. a. 6. exactioribus non repugnarē.

RATI-

Quæstio XXXIX. 124

R A T I O.

Indifferentem & remotam peccati
materiam, non libenter, sed ex neces-
sitate præbenti, non est imputandum 2.2.q.78
peccatum, quod ex aliena malitia &
abuſione consequitur: nisi omnes ferè
artifices, damnatos iri velimus, quorū
operibus multi, iniuste, impiè, flagi-
tiosèque abutuntur. Cùm igitur tribu-
tum, quod à Christiano persolutur,
indifferens quædam & remota idolo-
latræ materia sit: non erit is impieta-
tis arguendus, qui indefinita qua-
dam generalique ratione, atque neces-
sitate cogente, illud infideli Reipubli- 2.2.q. 10
a.10.
ex contulerit.

PROPOSITIO III.

Neque tunc quidem, eiusmodi tri-
butum reddendum erit, si ex eo facto,
infirmorum animi grauiori aliquo
scandalo conturbandi videantur.

R A T I O.

Nam, cùm infirmorum necessitati 2.2.q. 43
consulere oporteat, in rebus, etiam a- a.7.&c.8.
liòqui licitis, interdum omittendis:

Q 4 tum

Quæstio XXXIX.

2.2. q. 3. tum maximè, si fidei periculum vr-
a.2.&q. geat. Quod hac in re contingere pos-
33.a.4. set, si imbecilliores Indi impensam à
Christiano pecuniām, dæmonum si-
nularcris offerri viſerent : quo autem
animo, aut quo nomine, eam Christia-
nus obtulisset, ignorarent. Pro am-
pliori autem harum assertioñum ex-
plicatione, has ipsas sententias, aliæ
magis vulgari materiae applicemus,
vbi carum veritas, magis perspicua
fiat. Nulla vero commodior similitu-
do facilē occurret, quām de integra
& honesta fœmina, cuius osculum, ex
recepto patrie more depositur, à la-
sciuo libidinosoq[ue] consanguineo.
Qui si sui consilij certiorem fecerit
ipsam fœminam, ita, vt exteriū con-
ficit, non ad honesti amoris significa-
tionem, sed ad explendæ turpis libidi-
nis principium, osculum expeti:repel-
lere illa debet talia postulantē; ob eam
nimisū n causam, quia tali exteriore
1.2.q.19. demonstratione, actio ipsa redditur
a.7.&q. mala: non solū, ex occulto & extrin-
18.a.3. se o fine alterius operantis, sed ex for-
malis etiā obiecti turpi circumstantia.

Hoc

Quæstio XXXIX. 125

Hoc autem, si precedentium propo-
sitionum meminerimus, quis non vi-
deat esse persimile, nolenti, distincta
formalique contributione ad idoli co-
lendi impietatem consentire? Deinde
verò, vt in eadem comparatione per-
sistamus: si ille impudicus osculator,
nihil aliud postulet à consanguinea,
nisi consuetum, ex patrie more oscu-
lum, v[er]teriori turpis delectationis ma-
litia dissimulata: illud ei negandum
nō est: quāuis non satis purā & synce
ram osculādi voluntatē esse, honesta
fœmina suspicetur. Nā, quia suā ada-
mator intentionē non exprimit: opus
ipsum exterius, cuius cognitio perti-
net ad fœminā, ex genere & circūstan-
tijs est bonū; etiam si ex parte alterius 1.2.q.18.
operatis, contineat malitiam interio-
rem. Non leuis verò iniuria videre-
tur, communem benevolentia signifi-
cationem efflagitanti denegare, ho-
minemque propinquum, insolenter
& fastidiosē repellere. Hic igitur me-
minisse oportebit secundæ assertio-
nis: qua apud impium etiam & ido-
lolatram Principem, tributum sol-
lendum

Q5 uendum

Quæstio XL.

uendum esse proponebamus : quod generali, indifferētiq; ratione, ad Reipublicā sumptus exigeretur. Iā vero ut ad castę illius fœminę cōsilia redeamus: non esset ab ea concedendū osculum, quod, quia ex ciuitatis more non debetur, aut debitū ignoratur à circū-
2.2.q.43 stantibus: scādalosum fit, flagitiosaq;
2.1. turpitudinis vehementē suspicionem affert. Similiter etiam, scandali & periculi fidei vitandi causa, illud tributū diximus oportere non solui, non modō cūm determinatè ad idolatriam exigitur, sed etiam si sub generali publicæ administrationis nomine, ad impietatem extorqueatur,

QVAESTIO XL.

Vtrū sint ad Baptismū admittendi, qui ob eam causam, Christianam religionem suscipere creduntur, vt suum Regem imitentur, aliōquin ipsam non suscepturn.

PRO-

Quæstio XL. 126

PROPOSITIO I.

Non sunt propterea Indi, à salutari Baptismi Sacramento repellendi, quod Principis exemplo, & auctoritate, per modum aliquatenus disponentis & applicantis, fuerint ad Chri-
stianam religionem excitati.

100. a. 3.

R A T I O.

Nam, quemadmodum, qui ligno comburendo ignem adhibuit & admouit, is, etiū vtilem combustioni operam præstiterit, per accidens tamē & remotior in genere nature causa illius fuit: ita etiam, si Principis auctoritas suorum animos hoc modo disposuerit, corumque studium ad Euangelium suscipiendum, ope extrinseca applicauerit: non proxima & per se causa conuersionis censebitur, sed per accidens & remotior, quæ sanctiori Euangelij suscipiendi ratione, non repugnat.

189.a.9.

PROPOSITIO II.

Qui sui Principis auctorati, sic adhæret, & innititur, vt ad illius nutum para-

1. 2. q.

109.a.6.

Quæstio XL.

paratus sit, hanc vel illam religionem & suscipere & deserere: non est hic ad Baptismi Sacramentum admittendus, quousque levitatis & perfidiae obice sublatu, sanctiorem, firmioreq; voluntatem ad Ecclesiam attulerit.

R A T I O.

i.p.q.19 Quò finis superior & principalior
a.2. existit, eò etiam est, cùm ad mouen-
i. 2. q. 1. dum sortior & efficacior, tūm inde-
a.5. & q. pendenter & absolucionis. Ex quo in-
19. a. 2. telligitur, minimè fieri posse, vt finis
&. 4. vltimus, in totali vītē instituto aliud è
religatus pendeat: sed est ipse sanè
omnium liberrimus & absolutissi-
mus. Ergo, qui in vera Dei religione
suscipienda, vel deserenda, Regis vo-
luntatem spectat, atque ad eius nu-
tum mouetur: is, non Deum quidem,
vt finem vltimum suspicit & inten-
dit, sed, vt quoduis aliud vile mediū,
diuinam maiestatem, ad hominis be-
nevolentiam captandam usurpat.

PROPOSITIO III.
Qui in religionis causa ita perfra-
cte

Quæstio XLI.

Etè se Principis voluntati subiicit & 2.2.q. 5.
submittit, non modò irreligious & a.2.
impius est, sed etiam infidelis: quam-
uis omnia credere videatur, exterio-
remque fidei professionem retineat.

R A T I O.

Illud enim est in Christiana fide 2.2.q. 2.
singulare & admiratione dignū, quòd a.1. &c.a.-
cùm hic habitus diuinitus infusus, ma 9. &c. q.
gis in intellectu, quām in voluntate 4.a. 1. &
resideat: tamen eius conseruatio, ma-a.2.
gis depēdet à volūtate, quām ab intel-
lectu. Qua propter, cùm is verè fidelis
sit, qui violentas & inioluntarias, 2.2.q. 4.
circa fidei mysteria dubitationes pa-a.8.
titur: contrà verò, qui leuem & incon-
stantem erga fidem volūtatem gerit,
is non est re vera fidelis: quamvis eius
intellectus, ex acquisita fide, ita cre-
dendis inhāreat, vt vix inde diuelli
possit. Sic igitur, de hoc fictionis Indi 2.2. q. 5.
dicæ genere videtur existimandum. a.2.
Quia verò, & indigos admittere ad
Baptismum, & dignos repellere, est
vtrunque graue, & à Christiana cha-
ritate alienū: ad hæc pericula vitāda,
oportet duo in primis considerare, cir-
ca

Quæstio XL.

ca Indicx infirmitatis, aut fictionis
examinationē, ex generalibus quidē
principijs desumpta, sed nō propterea
minus vtilia & necessaria. Alterū qui-
dem, nō idē Indos esse rei ciendos à
Sacramētis Ecclesię, quod certū ferē
& exploratū multis appareat, Hispan-
i. 2. q. 96 norū imperio inde sublato, neophy-
a. 3. & q. tos statim à fide defecturos: si ipsi qui
100. a. 9. dem, nullū hac de re actū habere intel-
2. 2. q. 10 ligātur, sed ex solius fragilitatis Indi-
a. 10. ca cognitione, future defctionis &
apostasiæ argumentū capiatur. Nam
multi viri sancti sunt, & semper fue-
1. 2. q. 95. rūt, qui si grauius tētati essent, nō resti-
a. 1. & q. tissent tētationi. Quia verò sola possit
95. a. 1. & bilitate, neq; meremur, neq; demere-
q. 96. a. 3. mur: propterea integri & innocentes
2. 2. q. 31 permāserūt. Constantē enim volūta-
a. 4. tē gerebat in charitate persistēdi: sive
simil infirmitatis consciij, quā diuina
2. 2. q. ope fortij; præsidio cōmuniri suppli-
137. a. 4. citer orabant. Deinde aduertere debe-
mus, nō esse exigendū, vt Indi, de sin-
gulis arduis difficultibusq; casibus, qui
contingere illis possunt circa Christia-
næ professionis tētationē, actū specia-
lēm

Quæstio XL.

128

Iēti habeant, qui in hominibus im-
pfectioribus esse solet periculofus. Sed,
si generaliter omnia diuina precepta
seruare decreuerint, nihilq; postea cō 3. p. q. 80
trariū se statuisse cognouerint: quieto a. 4.
animo sint, & probabiliter intelligāt,
se sufficientē préparationē, quam cha 2. 2. q. 24
ritatis officiū exigit, fideliter præfli- a. 8.
tisse. Verūm hēc ipsa préparatio, mul 1. 2. q. 1.
tō latiū patet ex parte obiecti, quām a. 6.
rudiores fortasse arbitrētur. Quicquid 2. 2. q. 24
enī per se & ex suo genere, sub cōsi a. 11.
lio cōtinetur, préparati animi prōpti- 1. 2. q.
tudine concipiendū est: atq; etiam re 108. a. 4.
ipsa præstandū, si diuine glorię ratio 2. 2. q. 25.
charitatisq; tuēdæ necessitas id postu a. 8. & a.
Iauerit, atq; ad præcepti obligationem 9. & q.
traduxerit. Hēc igitur nūc disputasse 152. a. 3.
sit satis. Si quis verò multo plures
Theologicas de Indi quæstiones de-
siderat, ei fortasse satisfiet ceteris En-
chiridijs, quā si Deo placuerit, profe-
remus in lucem.

L A V S D E O.

Quæ in hoc opere continentur, &
omnia mea humiliiter submitto corre-
ctioni Sanctæ Ecclesiæ Romanae:

I N D E X . Q V A E -
ftionum quæ in hoc libro
continentur.

1.  N infidelis Indorum popu-
lus, prudentioribus suę Rei
publicæ viris, hanc delibe-
rationem committere pos-
sit, suscipienda ne sit Christiana reli-
gio. Pag. 1
2. An, quia difficillimus est ab Indicis re-
gionibus, ad Apostolicam sedem re-
cursus, liceat Indorū Episcopis, in ur-
gentibus casibus Sūmo Pōtifici refer-
uatis, dispēndandi officiū assumere. 3
3. Si Indicæ genti, propter generalē &
vehementem de infidelitate suspicio-
nem, sacra Eucharistia perceptio,
communi consuetudine prohibetur:
an debeat fidelis Indicus, Sanctissimi
Sacramenti communionem assequen-
di causā, rarā quandā & singularem
Christianæ pietatis, significationem
exhibere. 7
4. Vtrūm omnes Hispani tāquam nobis
sunt habendi: cūm honoris impen-
dendi

INDEX.

- 1 dēndi , vel compensandi causa Indis conferuntur. 12
 5 An Indicæ linguae imperito sacerdoti, Sacramentales Indorum confessiones audire liceat. 15
 6 Vtrum ab Indis anthropophagis Martyris corpus deuoraturis, occidi, confessat ad augendam certaminis & victoriæ gloriæ. 20
 7 Vtrum, is iustitiae officio satisfaciat, qui pro pecunia, quā Indis eripuit, restituit Christianæ doctrinæ prædicationem. 24
 8 Vtrum, apud Indos non intelligentes grauiora & firmiora argumenta, que ad illorum infidelitatem redarguendam, & fidem veram confirmandam adhibentur, liceat leuibus & imbecillis rationibus disputare. 28
 9 Vtrum , aliquod secreti sigillum seruare debeant idolorum sacerdotes, ad fidem Christianam conuersi : qui ex antiqua Indicæ gentis consuetudine & disciplina, spontaneas & secrætas de occultis criminibus confessiones audiebant. 34
 10 Cūm plures Indis gratiæ, indulta , & pri-

INDEX.

- priuilegia, circa ieunia, festos dies, & alia huiusmodi, fuerint à Sumis Pontificibus benignè concessa : an liceat Indicis Parochis, apud populum talia reticere, & ex communi prorsus iure cum subditis agere. 38
 11 An Indi doctrinam Christianæ ignorantes, formaliter blasphemii censendi sint: si ideo Iesum Christum contumeliosis verbis infestentur , quod ipsum auaricie, crudelitatisque auerorem Christianis quibusdam militibus fuisse existiment. 41
 12 An Indorum Reguli, quos Caziques, vel Kuracas nominat, si populum ad ebrietatem congregant & inuitant, quæ Indi ebrij contra iustitiam commiserint, ea illi restituere & recōpensare debeant. 43
 13 Vtrum, ab Indicis medicis, qui Magicis superstitionibus pharmaca conſciunt, medicinæ accipere liceat. 47
 14 Indicus catechumenus , qui, cùm ad morum probationem diu exspectatus fuerit ab Ecclesia , nunquam tamen dignam homine Christiano vitæ instiuit: baptizandus nè sit , cùm primùm R. 2 breuem

INDEX.

- breuem aliquam pœnitentiæ significationem ostenderit, quamuis in veterem peccandi consuetudinem, statim relapsus fore credatur. 52
 15 Si Indicus Parochus, omnem spem abiecerit de Indorum salute, an sit ab eo Parochia necessariò renuntiada. 55
 16 An liceat Indis, publicè nudos incedere. 58
 17 Vtrum, ob eam causam, laudadi sint quidam infideles Indi, quia suos filios offerunt baptizandos: cum ipsis quidem parentes, ad fidem conuertere nolint. 62
 18 Vtrum, apud Indos, ex barbara rusticitate, communia humanitatis officia prestare nolentes, liceat homini priuato, exequi suuim ius, ubi legitimu[m] iudicis copia non est. 65
 19 Si qui sunt Eucharistiæ mysterium non credentes Indi, an Ecclesiastico de audienda Missa præcepto satisficiant. 68
 20 An liceat, ad ferenda testimonia quosdam Indorum populos admittere: si crimina occulta prodere, incerta confirmare, falsa fingere confueuerunt, simi-

INDEX.

- similique leuitate & perfidia, in ciuibibus etiam causis versantur. 71
 21 An liceat apud Indos, propter opulentia auri & argenti metalla, pestilensem aliquam regionem, aut frequenti fulminum casu terribile incolere. 74
 22 An euangelizantis linguam, infidelis Indicus suæ salutis cupidus, addiscere debeat, si se aliter Euangeliū audire posse diffidat. 77
 23 Vtrum, legatos & oratores interficiunt scelerata crudelitas, ita sit omnibus hominibus suapte natura detestabilis, ut nullam Indi, huius legis ignorantem obtendere possint. 80
 24 Remanebit ne apud virum fidelem, Christianoque more se contraxisse putantem, ea vxor Indica, quæ ita fieret ad Baptismum accessit, antequam nuberet: ut neque attulerit fidem, neque quicquam omnino interius, in Baptismo suscipere voluerit. 84
 25 An liceat Indis, indifferentes maiorum traditiones, ob solam antiquitatis obseruationem retinere. 87
 26 Vtrum, Indis suadendum sit, vt per interpretem confiteantur, si verisimi-

INDEX.

- le videatur, interpretem , secreti fidē
non seruaturum. 90
- 27 Vtrūm liceat alicui priuata auctori-
tate, Indorum idola confringere. 92
- 28 An liceat Indicis fœminis , naturales
& adulterinos filios, ab Hispanis ama-
toribus procreatōs , quos illic Mesti-
zos appellant, liberalius educare, ma-
iorique sumptu alere , quām, quos ex
legitimo Indorum coniugio pepere-
runt. 95
- 29 Vtrūm , apud infideles Indos , graui
Christianę doctrinę inopia laboran-
tes , sibi quisque euangelizandi mu-
nus, sine Episcopi licētia usurpare pos-
sit. 97
- 30 An Indos iniuriosè decipient, ipsi se
scandalum obijciant, vendentes her-
bam, siue fruticem, Koccām nomine:
qui humano vsui ineptus, inutilisque
esse fertur, & ad impium idolorū cul-
tū ab Indicis gētibus adhibetur. 100
- 31 Vtrūm nautę, qui huius orbis homi-
nes, lege prohibitos, ad Indicas regio-
nes tranfuerint , aliquid pro eius-
modi iniuria Indis rependere de-
beant. 103
- 32 An

INDEX.

- 32 An si qua Indorum gens, minus ædi-
ficaretur pauperi euangelizantium
cultu & tenui vičtu, propterā prædi-
catores, splendidiorem ornatum assu-
mere lautioremque mensam instruere
deberent. 106
- 33 Vtrūm , dinortij facultatem restrin-
gere liceret, si vspiam apud Indos, tā
multa inter plāerosque ciuium adulte-
ria fierent, vt si Euangelica separatio-
nis permissione coniuges vterentur,
magna Reipublicæ perturbatio con-
fusioque timenda videretur. 108
- 34 An liceat euangelizanti apud Indos;
opponere sibi ipsi obiectiones contra
fidem: vt eisdem refutatis, auditorum
animi, in vera religione confirmen-
tur. 112
- 35 Vtrūm , is furtum commisſe censem
dus sit, qui argētum effodit ex aliena
metalli vera: quā propter Indorū, ad
quos pertinebat, desidiam & inertiam
intacta semper & inutilis, permansu-
ra videbatur. 115
- 36 Vtrūm Indicę linguę imperitū , cum
erroris significādi periculo Indis euau-
gelizare, fas sit. 117
- 38 Vtrūm

INDEX.

- 37 Vtrum, qui apud Perunenses Indos, famosam quorundā seditionem, non sua sponte, sed graui metu coacti, sequuti sunt, pro iniurijs, quas ipsi tyranni & Hispanis & Indis intulerunt, debant satisfacere. 119
- 38 An liceat viro, inuitam repugnante mōx vxiorem, ex Europa ad Indos transfuehete. 121 ■■■
- 39 An Indo Christiano liceat, in publicum erarium, tributum cōferrc, quod in sacrilego idolorum cultu expēdendum esse nouerit. 123
- 40 Vtrum, sint ad Baptismū admitendi, qui ob eam causam, Christianā religionem suscipere creduntur, vt suum Regem imitētur, aliōqui ipsam non suscepturi. 125

FINIS INDICIS.

